



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Sectio VII. De Matrimonio inito ex errore vel metu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

rimonio speciale, cum enim sit contractus, ejusque naturam & condiciones retineat, potest ea parte qua contractus est, ceterorum more saepius iterari. Et citatis Auctoribus aliquibus, qui hoc docent, addit: Iteratur autem, ne forte prior consensus revocatus sit.

Quid igitur si certo constat, non fuisse revocatum? Resp. nullatenus esse iterandum; immo more aliorum contractuum, qui perficiuntur traditione, non posse iterari; sicuti donatio, secuta traditione rei donatae, non potest iterari; non enim potest iterari mihi dari, quod jam meum est. Ergo ex hypothesi, quod Matrimonium per Procuratores certo fuerit validum in ratione contractus, non potest Matrimonium in ratione contractus iterari; quia vir non potest corpus suum

dare mulieri, quod jam est mulieris per priorem contractum; adeoque si prius Matrimonium verè non fuerit Sacramentum, quantumcumque postea iteretur, seu potius videatur iterari contractus, nunquam perficietur vera ratio Sacramenti; quia vera ratio Sacramenti, requirit verum contractum, non in facto esse, sed in fieri, cum Sacramentum Matrimonii sit actio transiens. Vide dicta Sect. 4. Conclus. 6. Itaque illa reiteratio Matrimonii nihil facit ad majorem securitatem, aut ad tollendos scrupulos, nisi dubium aliquod foret de validitate Matrimonii prioris in ratione contractus.

Ita ego sentio, salvo meliori, & transito ad Matrimonium quod contrahitur ex errore vel metu, pro quo instituitur

SECTIO VII.

DE MATRIMONIO INITO EX ERRORE VEL METU.

I.
Ad Matrimonium requiritur perfecta deliberatio.

Nemo dubitat, quin ad Matrimonium requiratur deliberatio, quatenus hæc dicit perfectam rationis advertentiam atque iudicium; id est, ea libertas seu deliberatio, quæ necessaria est ad peccatum mortale; si enim hæc requiritur, ut diffusius probavimus Sect. 1. Conclus. 6. ad valorem sponsalium, quæ tamen multis de causis dissolvi possunt, & saepius dissolvuntur, quando amplius ad Matrimonium, contractum omnino indissolubilem; quando enim obligatio major est, rantiò videtur requiri major deliberatio seu libertas.

Porro huic majori deliberationi seu libertati repugnat error & metus, idèdque de utroque simul hæc Sectio tractabimus. Et primò quidem de errore, qui ex natura sua destruit consensum, juxta illud, quod habetur leg. 15. ff. de Jurisdic. *Quidem enim tam contrarium consensui est, quam error?* Sit itaque

CONCLUSIO I.

Error vel dolus circa substantialia jure naturæ invalidat Matrimonium.

2.
In quo differtur ignorantia ab errore.

Prenotandum Primò: ignorantiam differre ab errore, quòd illa ex sua ratione nullam præviã cognitionem desideret, sed solã scientiæ negatione contenta sit: hic autem iudicium positivum intellectus perversum postulet; & idèd dicitur ignorantia præviã dispositionis: ubi autem non adest error, ignorantia puræ negationis.

Sed & hæc ipsa mater cunctorum errorum est, ut legitur in Concil. Tolitano. can. 24. qui sic incipit: *Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in Sacramento Divinanda est.* Quia enim ab intellectu ignoratur veritas, hinc perversè iudicat, id est, non pro alio putat, quod propriè est errare, docet. D. Aug. Enchir. c. 17. (& refer. dist. 38. c. 11.) ibi: *Quamvis errare, quam possumus curã, cavendum sit, non solum in majoribus, verum etiam in minoribus rebus, nisi rerum ignorantia possit errari; necesse est consequens, ut continuo erret, qui quicquid nescit; sed quisquis se existimat scire, non nescit.* Pro vero quippe approbat falsum; quod erroris proprium Item c. 21. (& refer. ca. q. 2. cap. 6.) *In quibus rebus nihil interest de capessendum regnum Dei &c. in his errare est aliud pro alio putare, non arbitrandum est peccatum.*

Ergo secundum D. Aug. error non dicitur nudam absentiam seu negationem scientiæ, sed insuper positivum aliquod iudicium intellectus, quo pro vero approbat falsum, aut aliud pro alio putat. Ut si me profertur hinc, quantum hinc distet Roma, non dico errare, utpote qui nullum distantie conceptum formavi; si verò existimarem centum leucarum distare, cum distet ducentas vel trecentas, errarem utique, falsum iudicium habens; hoc autem iudicium reddit actum, qui et innotuit, involuntarium, v. g. vorum peregrinationis ad limina Apostolorum; quia voluntas non vult peregrinationem ducentarum aut trecentarum leucarum, sed tantum centum leucarum; quia tantum centum leucæ per intellectum proponuntur, quamvis falsò.

Et ideo tale votum jure naturæ est irritum; quia defuit absolute consensus in tantam distantiam, quam non solum ignoravit, sed etiam falso judicavit abesse; ita ut error ille sit proxima causa defectus voluntatis; ignorantia autem, in quantum admixtum habet errorem, sive in quantum est causa istius erroris. Et propterea, ut notat Sanchez lib. 7. disp. 18. n. 1. potius dicitur error impedire Matrimonium, quam ignorantia, quamvis & hæc instar erroris impediat consensus, efficiatque ne actus sit voluntarius.

Ex quo infert Sanchez n. 2. nunquam posse contingere errorem personæ, absque aliqua illius personæ notitia ex visu, aut saltem auditu & famâ. Nam in penitus ignotum, nec consensus, nec affectum dirigere possumus, arg. leg. *Cum ab eo*, 41. ff. de Contrah. empt. ubi in fine scriptum habes: *Mensam argento coopertam mihi ignoranti pro solida vendidisti imprudens*. Nullus est emptio, pecuniaque eo nomine data, condicetur. Et leg. 77. cod. *In lege fundi venditi, lapidicina in eo fundo ubicumque essent, exceptæ erant, & post multum tempus in eo fundo repertæ erant lapidicina; eas quoque venditoris esse Tubero respondit. Labeo referre, quid actum sit. Si non appareat, non videri eas lapidinas esse exceptas: Neminem enim nec vendere, nec excipere, quod non sit; & lapidinas nullas esse, nisi quæ apparent; & cædantur. Aliter interpretantibus, totum fundum lapidinarum fore, si forte toto eo sub terra esset lapis. Hoc probo.*

Prænotandum 2. ex Magist. Sentent. 4. dist. 30. in principio, multiplicem esse errorem; alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse dives, qui pauper est, vel è converso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Hæc ille.

Quilibet autem ex his erroribus est duplex, scilicet antecedens actum, id est, qui causam præbet actui faciendo, ita ut eo non existente, actus nequaquam fieret; atque ita efficit ut actus sit involuntarius, non formaliter, quatenus foret contra elicitam inclinationem voluntatis; hoc enim falsum est, ut patet; sed tantum interpretative; quia est contra eam inclinationem voluntatis, quæ adesset si adesset sufficiens cognitio singulorum, in quibus est talis actus.

Alter verò est concomitans actum, qui scilicet non inducit ad volendum, sed ita concomitatur actum, ut eo non existente, nihilominus actus fieret; adeoque nullo modo est causa istius actus, neque efficit, ut actus sit involuntarius, sicut error antecedens; sed tantum ut non sit voluntarius;

quia nihil volitum aut voluntarium, quod est ignoratum, sive non cognitum; quamvis alioquin voluntas vellet, & foret voluntarium, si cognitio adesset.

Priorem errorem, quando cum alicujus dolo contingit, appellant Jurisperiti l. *Et eleganter*, ff. de Dolo. dolum dantem causam contractui, eò quòd, si is non adesset, non iniretur. Posteriores autem vocant dolum incidentem in contractum, quia eo detecto adhuc contractus celebraretur; atque ideo non est causa.

Si autem à me quæritur, quid sit dolus? Respondeo citius; Dolus latè sumptus est executio solertiæ seu astutiæ dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quò rectè vel non rectè alius decipiatur in aliquo, idque sive in damnum illius id fit, sive non.

Porro *dolum malum* (l. 1. ff. de Dolo malo) Servius quidem ita definit; *machinationem quamdam, alterius decipiendi causâ, cum aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo autem, posse & sine simulatione id agi, ut quis circumveniat: posse & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, sicuti faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserunt; & timent vel sua vel aliena. Itaque ipse sic definit: dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio vera est. Ita Ulpianus lib. 11. ad Edictum. Ubi Gloss. verb. *Omnem calliditatem; Quæ, inquit, fit tacendo, & fit in animo. Et verb. Fallaciam; quæ fit in mentiando, & sic verbo. Et verb. Machinationem; quæ fit arte verborum.* Brevius definitur posset dolus malus; est perversa executio solertiæ, dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quo alius decipiatur.*

Prænotandum tertio: quòd hoc loco non tractemus de omni errore, supra ex Mag. relato; sed tantum de errore personæ, fortunæ & qualitatis; nam de errore conditionis propter specialem constitutionem juris positivi, agemus in ultima Parte hujus Operis, ubi de impedimentis dirimentibus, sive de his, quæ pugnant cum Matrimonio ex parte inhabilitatis personarum; uti reverà pugnat conditio servitutis, sive servitus, magis tamen ex jure positivo, quam naturali, ut suo loco videbimus. Porro sive persona, quæ contrahit, sit hæc, sive illa; nobilis vel ignobilis; virgo vel corrupta; dives vel pauper; bona vel mala; æquè omnes habiles sunt ad Matrimonium, tam ex jure naturæ, quam positivo; unde error in his vel non pugnat absolute cum consensu necessario ad Matrimonium, vel pugnat jure naturali.

De illo igitur errore impræsentiarum instituitur sermo, estque Conclusio apud omnes certa, bene intellecta, id est, intellecta

L. 7. ff. de Dolo.

7. Quid sit dolus?

Quid sit dolum malum, ex l. 1. ff. de Dolo malo.

8. De quo errore hic tractetur.

9. Quomodo Concl. intellegendi.

lecta

Quis sit error tantum speculativus, & quis practicus.

lecta non de errore speculativo tantum sed de errore practico. Errorem tantum speculativum voco, quo non dirigitur operatio, seu contractus Matrimonii; practicum autem, quo dirigitur contractus Matrimonii; v. g. contraho cum aliqua Matrimonio, quam puto esse Mariam, cum sit Catharina, sic tamen, ut velim contrahere cum praesente, quaecumque illa fuerit: hic est error speculativus tantum, & non practicus; quia eo non dirigitur ille contractus, sed dirigitur cognitione cujuscumque personae praesentis; & idem talis error non causat involuntarium, sed relinquit consensum necessarium ad valorem Matrimonii; quia non solum vellet habere Catharinam, si sciret eam esse, sed etiam de facto vult eam habere; quia ipsa praesens est, & vult accipere in conjugem quaecumque praesentem.

IO. Exemplum erroris practici.

Est alius, qui contrahit Matrimonium cum ea, quam putat esse Mariam, quacum antea contraxit sponsalia, non est tamen haec ipsa, sed Catharina, quam prius nunquam vidit, & cum qua, si sciret eam esse, nollet contrahere; aut certe quidquid sit de futuro, de praesenti nullatenus vult contrahere, sive in speciali, sive in generali; id est, sive sub persona Catharinae sive sub persona quacumque praesente. Hic est error practicus, quia eo dirigitur talis contractus, scilicet illo iudicio erroneo, quo iudicat ipsam esse Mariam; nam idem contrahit, alioquin non consensurus, aut certe non consentiens.

Exemplum Conclus.

Atque hic est error substantialis, sive circa substantialia, de quo loquitur Conclusio, invalidans iure naturae Matrimonium, utpote tollens consensum, qui iure naturae necessarius est ad valorem Matrimonii. Quod sit error substantialis, patet; quia persona est substantia huius contractus, sicuti res, quae venditur, est substantia venditionis; sicuti ergo error in substantia rei, quae venditur, est substantialis, & irritat contractum venditionis, ita quoque error personae, cum qua contrahitur Matrimonium est error substantialis, & irritat contractum Matrimonii.

II. Error persona irritat Matr. iure naturae, ex 29. q. 1.

Ita expressum habemus 29. q. 1. ibi: *Error persona... conjugii consensum non admittit.* Quod explicatur hoc exemplo: *Si quis promitteret se venditurum mihi aurum, & pro auro offerret aurichalcum, & ita me deciperet, nunquid diceret consensisse in aurichalcum? Nunquam volui emere aurichalcum: nec aliquando in illud consensi, quia consensus non est nisi voluntatis. Sicut ergo hic error materiae excludit consensum, sic & in conjugio error personae. Non enim consensit in hunc, sed in eum, quem putabat esse.*

Sicuti ergo hic contractus emptionis est irritus iure naturae, defectu consensus essentialiter requisiti, quoniam erratur in materia

contractus; pari ratione, non solum iure positivo, sed iure naturali non valet Matrimonium, initum ex errore personae ex defectu consensus essentialiter requisiti; quoniam erratur in materia contractus, quae sunt corpora contrahentium. Ut proinde nec Pontifex quidem possit facere, quod valet; quia ut dictum est Sect. 3. Conclus. 7. Consensus in Matrimonio suppletur a solo Deo.

Si dixeris: in aliis Sacramentis error personae non vitiat; ergo nec in hoc Sacramento. Respondeo Negando Consequentiam. Ratio disparitatis; quia persona in aliis Sacramentis non est materia; sed materia baptismi v. g. est aqua & ablutio, & sic de aliis; in hoc autem Sacramento corpora contrahentium sunt materia circa quam. Et aliunde non parum interest, cum qua persona Matrimonium contrahatur; at vero nihil valet parum interest, quae persona baptizetur, confirmetur, absolvetur, inaneque ordinetur.

Unde communis intentio baptismi confirmantium &c. est baptizare, confirmare &c. quaecumque personam praesentem, quamvis forte, si minister sciat, aliam esse personam, quam putat esse, nollet Sacramentum ministrare; quia illa materia baptismi voluntas non sufficienter tollit communitatem intentionem quasi debitam praesentia Sacramenti, ne hoc saepius expretur periculo nullitatis.

Si tamen aliquis minister ex specificatione nollet baptizare, confirmare &c. illum, quem putat se habere praesentem, alius substituat, certum est Sacramentum non valere defectu consensus, seu ministerii ministri, sed, sicut dixi, hoc communitate non praesumitur; prout communiter praesumitur in Matrimonio. Unde in Matrimonio error personae communiter praesumitur esse practicus; in aliis Sacramentis tamen speculativus, quamvis oppositum possit contingere.

Sic etiam in contractu venditionis emptionis regulariter non attenditur persona, sed tantum res quae emitur vel venditur, quia regulariter parum refert, a quo res qua ematur; sed multum refert, quae res ematur; unde iustitia commutativa in talis contractu non respicit personam, sed appropinquatatem pretii ad rem, quae emitur; unde ergo contingat error in substantia illius res, prout in exemplo supra relato, valet venditio, nisi aliud constet de mente contrahentium. Jam autem, ut patet ex dictis, ita se habet persona in contractu Matrimonii, sicuti res se habet in contractu emptionis.

Et tanto amplius requiritur veritas personae in contractu Matrimonii, quanto magis interest, cum qua persona indubitanter

ter contrahatur, quam quæ res dissolubili- ter ematur. Unde aliqua variatio rei venditæ stat cum valore emptionis, quæ tamen non stat cum valore Matrimonii, ut patet ex dictis Disp. 1. Seç. 7. Concl. 10.

14. Rogas, quid de hac re sentiat Doctor Subtilis? Accipe ejus doctrinam ex 4. dist. 30. q. 1. ubi num. 2. ait: Ad istam questionem dico ex secunda Conclusionem primæ quæ- stionis distinet 26. quod iste contractus (Matrimonii) est donationis liberæ & voluntariæ, sicut dictum est dist. preced. ignorantia autem & maxime illius conditionis, quæ requiritur ad actum voluntatis, causat involuntarium, secundum Philosophum 3. Ethic. & secundum August. 8. de Trinitat. cap. 4. Nihil est amatum vel volutum, nisi prius cognitum.

Ex hoc sequitur breve corollarium; quod error sive apprehensio erronea, quantum ad omnem conditionem, requisitam per se ad contractum, facit contractum nullum esse: sunt autem in genere tres tales conditiones, duæ ex parte personarum. Una, quod hæc persona putetur esse illa; alia, quod persona serva, credatur liberæ; tertia conditio est error sibi correspondens ex parte contractus, puta si credatur aliam personam simili contractu contrahere, cum tamen in rei veritate non contrahat, quia non intendit dare, sicut alia intendit accipere.

Ergo, secundum Scotum, error personæ facit contractum Matrimonii nullum esse; Quia (inquit num. 3) impedit omnem venditionem & traditionem rerum. Puta, si ematur aurum, & venditor vendit aurichalcum, ita hic intelligitur, quod B. det potestatem sui corporis, si alia det, alias nihil fit.

15. Objicit autem sibi ipsi Primò: quod legitur Gen. 29. de Jacob & Lia, in quam non consentit, nisi ex errore, credens eam esse Rachelem; & tamen videtur fuisse Matrimonium, alioquin copula carnalis fuisset fornicaria. Quod si excuset eum per ignorantiam, licet fortè non sufficientem, quia non invincibilem. Contrà; saltem in crastino potuisset eam repellere, tanquam non suam.

Respondet num. 7. Sive Jacob possit excusari à peccato, si cognovit Liam primâ nocte, sive non, non est magna vis; quia non fuit confirmatus; sed postquam deprehendit illam esse Liam, consensit novo consensu, propter illa verba Laban: Non est consuetudinis in loco isto, ut minores prius tradantur ad nuptias; & ex tunc fuit uxor ejus. Alias bene concedo, quod potuisset repudiare eam, sicut non suam.

16. Nec obstat: quod postea non de invaliditate Matrimonii, sed de dolo conquestus sit, dicens ad sacerdotem suum: Quid est, quod facere voluisti? Nonne pro Rachel servivi tibi? Quare imposuisti mihi? Gen. 29. v. 25.

Non obstat, inquam; quia non omnia scri-

pta sunt, quæ Jacob dixit vel fecit; & dum conquestus fuit de dolo, conquestus etiam conquestus fuit de invaliditate.

Et hanc expositionem Scoti amplectitur Dicastillo tract. 10. de Matr. disp. 7. num. 56. dicens: Consentunt Doctores, errorem personæ dirimere Matrimonium, ut contigit Jacob Patriarchæ Gen. 29. cui fraude socieri Laban, pro Rachele, quam sibi uxorem desponderat, fuit supposita Lia, cum qua postea, deprehensio dolo vel errore consentit Jacob, & ratione sequentis, non verò prioris consensûs, valuit postea Matrimonium.

Et ante Scotum ita exposuit hunc locum Doctor Seraphicus 4. dist. 30. a. un. q. 1. num. 10. Ad illud, quod objicitur: quod Jacob cognoscens Liam erravit, & tamen Matrimonium fuit; dicendum, quod non ex coitu fuit Matrimonium; sed postmodum Jacob consentit in illam, quam ignoraverat, & rursus servavit pro prima.

Idem sentit Herinx hic disp. 6. num. 36. ubi etiam excusat Jacobum ab omni peccato dicens: Jacob non contraxit cum Lia validdè, nisi postquam detecto errore personæ, ratificavit, compassus Liæ jam defloratæ per ignorantiam, ex parte Jacob invincibilem, quia Liam dolosè substitutam, putavit bonâ fide esse Rachelem, deceptus per hoc, quod sponsæ pudoris gratiâ velatæ solerent introduci ad suos maritos. Hæc ille.

Credat qui volet, ego vix credere possum illam bonam fidem; quàmvis enim velata fuisset introducta, tamen non est verisimile velatam permanuisse, aut mutam, ut sic loquar; sin autem allocuta fuerit Jacobum, facillimè potuit, meo iudicio, eam ex loquelâ agnoscere, cum jam septem annis simul habitassent.

Undè si excusari debeat à peccato, mallem dicere, quod eam probè agnovit, sed quia jam introducta erat, noluisse ipsam ejicere, & sic contristare; sed de præsentem in eam consensisse, & maritali affectu cognovisse, & ipsa similiter uxorio affectu debitum perfolvisse. Nihilominus meritò postea conquestus fuit de dolo; quia saltem per dolum introducta fuit, & nisi fuisset sic introducta, Jacob noluisset in eam consentire.

Et dato, quod eam agnovisset, adhuc putant Aliqui, non fuisse opus novo consensu post copulam, eo quod ante copulam consenserat in quamcumque mulierem sibi præsentem, adedque errorem non fuisse practicum, sed tantum speculativum.

Secundò objicit sibi Scotus exemplum Isaac Gen. 27. ubi ex errore benedixit Jacob, credens esse Esau; & tamen postea dixit: Benedixi ei, eritque benedictus. Ergo à simili in proposito.

Ggg

Ref.

17. Ref. Scoti amplectitur Dicastillo.

Et ante Scotum eadem fuit Doct. Seraph.

18. Idem sentit Herinx, excusans Jacob ab omni peccato per ignorantiam invincibilem.

19. Alia excusatio.

20. Objicitur 2. exemplum Isaac Gen. 27.

Resp. Scoti.

Respondet supra: Subditur ibi, quod post egressum Jacob, & ingressum Esau, Isaac stupore uehementi, & ultra quam dici possit admirans, exprobat: Et quis ergo &c Et tunc subiunxit: Benedixi ei, eritque benedictus Ubi ex textu datur intelligi, quod fuerit raptus in illa admiratione uehementi: & in ea uidit, Jacob esse iuste benedicendum; & ita licet illam benedictionem primo ab homine & humana cautela extoriam deisset; tamen postea in extasi a Spiritu sancto approbatam pronuntiauit tanquam firmam; subiungens; eritque benedictus. Ita Scotus cum aliis communiter.

Alia resp.

Aliqui tamen putant, benedictionem à principio fuisse validam; quia Isaac intendebat benedicere cuiumque sibi presentem, quamvis putaret falsò eum esse Esau. Unde & hic error non erat practicus, iuxta illos Auctores, sed tantum speculativus, qui non vitiat actus, ut supra diximus.

21. Tertia ob-

Tertia obiectio est: Sacerdos credens baptizare unam personam, si baptizaret aliam, esset baptizata; ergo error ibi non impedit, & pari ratione nec hic.

Solutio sco-

Respondet num. 8. Quod non est simile de Baptismo, ignoranter collato; quia ibi non est contractus mutuus. Si tamen aliquis ad solutionem huius questionis acciperet rationem ex ratione Sacramenti, quod non posset conferri ab errante; uidetur probabile, quod errans in baptizando circa personam, non baptizaret, sicut nec in Matrimonio. Sed ista ratio non est posita ad solutionem questionis; nec talis error, quod sit A. vel B. dum tamen intendat conferre Sacramentum illi personæ, quæ præsens est, uidetur impedire collationem aliorum Sacramentorum, sicut hic impedit, non quod impediat Sacramentum primo, sed quia impedit contractum donationis faciendum illi, cui non uult donare illud, quod hic datur.

22. Error perso-

Ubi Scotus non intendit docere, talem errorem nunquam posse impedire collationem aliorum Sacramentorum, sed ordinariè non impedire, quia ordinariè minister intendit conferre Sacramentum illi personæ, quæ præsens est, quamvis, ut supra diximus, oppositum posset contingere. At verò in Sacramento Matrimonii regulariter non intendunt contrahentes conferre Sacramentum illi personæ, quæ præsens est, sed huic determinatæ personæ, quam ipsi aliquantulum antea noverunt, & iam apprehendunt esse præsentem, quamvis hic & nunc oppositum non sit impossibile.

23. An hic offi-

Parùm autem vel nihil officit error in proprio nomine, dum tamen constet de corpore, ut docet Gloss. 29. q. 1. verb. Putabat, dicens: Si quis autem errat in proprio nomine, dum tamen certum sit, de quo consentiat; hoc non officit, leg. Si in nomine. Cod. de Testam. Si

in nomine vel pronomine seu agnomine restitit errauerit, nec tamen de quo senserit, incertum sit, error huiusmodi nihil officit ueritati; sicut autem in appellatio, ff. de Legat. 1. leg. de. 1. quentis tenoris: Si quis in funis uocabulo errauerit, & Cornelianum pro Semproniano nominauerit, debetur Semproniano. Sed si in corpore errauerit, non debetur. Quod si quis in corpore uerstem legare, supellectilem adscripsit, damno perat supellectilis appellatione uerstem contemnit, Pomponius scripsit, uerstem non deberi: quæmodum si quis putet auri appellatione elidit, uel aurichalcum conseruere, uel quod est iustitiam uerstem appellatione etiam argenteum contemnit. Rerum enim uocabula immutabilia sunt, minimum mutabilia.

Sic ergo ad propositum nostrum, si uideat: Ego Joannes accipio te Catharinam meam; & ipsa respondeat: Ego Catharina accipio te Joannem in meum, ualeat Matrimonium, tamen si nec ipse Joannes, nec illa Catharina uocetur, sed alio nomine, dominum non erretur in corpore, id est, dummodo sit illæ personæ, quæ antea se mutuo conuertit ex visu, uel alia ratione, & adit uerba conueniens.

Probat ex cap. Tua nos, de Sponfal. ubi ponitur hic casus: Cum quædam mulier quidam aliter inducere nequiuisset, nisi miseretur carnaliter, nisi desponsata, nulla solemnitate adhibita, uel alioquin potest, dixit illi: Te Joannes de pontate uocauerit, sed Joannes non uocaretur, sed finxit se Joannem, non credens esse conjugium, nec ipse non uocaretur hoc nomine, nec hoc propositum contrahendi, sed copulam carnalem, quædam carnalem. Super hoc casu proponitur questio Innoc. III. Pontif. Utrum prædictos sit Matrimonium celebratum, si mulier consenserit in eandem, & illa assensum & dissentiat, nec aliud quidpiam egerit, quæ perius est expressum, nisi quod cogitauerit eandem?

Respondet autem Pontifex; Quod præfatus uir prædictam desponsauerit in propria persona, & sub nomine alicui, tunc uocari se finxit, & inter eos sit copula subsecuta: uidetur fore pro conjugio sumendum, nisi tu nobis expressè scripsisset, ille nec proposuit, nec consensit illam ducere uxorem: quod qualiter tibi consenserit, non scimus. Nos autem quid juris sit rescribimus, quod si res ita se habuerit, uidetur quod ille eam non proposuit ducere in uxorem, nec quam consensit in prædictam personam, nec debet ex illo facto conjugium iudicari, cum nec substantia conjugalis contrahitur, nec forma contrahendi conjugium ualeat inueniri: quæ ex altera parte dolus solummodo affuit, & non fuit omnino consensus, sine quo contra matrimonium perficere conjugale.

Ubi, ut vides, Pontifex invaliditatem istius Matrimonii, non attribuit dolo commisso in expressione nominis, sed defectui veri consensus, sine quo consensu verba nihil possunt quoad hunc contractum operari, nisi in foro externo. Si ergo adfuerit verus consensus ex parte illius, qui finxit se vocari Joannem, non videtur dubitandum fuisse de valore illius Matrimonii. Unde dicitur: Non credens esse conjugium, eo quod ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi. Quid si ergo habuisset propositum contrahendi? Cense sine, quia equidem non credidisset esse conjugium, solium propter fictionem nominis?

Hæc non est mea doctrina tantum, sed etiam Abbatis in præfatum caput ibi: Secundo nota, quod contrahens in propria persona efficaciter obligatur licet dolose mutaverit sibi nomen. Et est ratio; quia nomina sunt inventa significandam rerum gratia, Inst. de Legat. §. Si quidem. Sed ex quo constat de corpore, non est curandum de nomine, ut in dicto §. Si quidem in nomine. Hæc ille.

Subscribo verba istius §. Si quidem in nomine, cognomine, pronomine, agnomine, legatarii, testator erraverit, cum de persona constat, nihilominus valet legatum, idemque in hæreditibus servatur & recte Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

Unde non possum approbare, quod lego apud Averiam, quæst. 12. sect. 1. Error personæ planè dirimit Matrimonium. Ita omnes docent. Et habetur expressè cap. 1. 29. q. 1. & cap. Tua nos, de Sponsal. Hoc, inquam, non approbo; quia, ut ostendimus, Pontifex d. cap. Tua nos, non declaravit illud Matrimonium invalidum, propter errorem personæ, quasi consensus mulieris non fuisset legitimus; quia erroneè iudicabat juvenem vocari Joannem; sed propter defectum consensus ipsius juvenis, qui fingebat se vocari Joannem.

Itaque error in solo nomine non vitiat consensum matrimoniale, dummodò constet de corpore, & adit verus internus consensus, signo aliquo externo manifestatus. Si autem non constet de corpore, jam non est solus error in nomine, sed error personæ, qui, ut dictum est, irritat Matrimonium non jure Ecclesiastico, sed jure naturæ.

Sed nunquid Pontifex potest jus illud tollere? Ita videtur sentire Gloss. 29. q. 1. verb. Quod autem, dicens: Hic depingitur prima quæst. an scilicet Matrimonium contrahatur inter eos inter quos intervenit error personæ: hoc est dicere, an error personæ impediat Matrimonium contrahendum, & dirimat jam

contractum. Gratianus allegat pro & contra; distinguendo quatuor errores, fortune, qualitatis, personæ, & conditionis, duo ultimi dirimunt Matrimonium, non ex sua natura, sed ex constitutione Ecclesiæ. Nam similiter & Papa potest constituere, quod error qualitatis impediret, & quod nullus error impediret, & quod esset Matrimonium, ubi est error personæ, sicut & tenet pignus, licet ibi sit error ff. de Pign. act. l. 1.

Sed hæc Glossa non est audienda; arg. leg. 15. ff. de Jurisdic. Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus: nihil valebit, quod actum est: nec enim ferendus est, qui dicat, consensisse eos in præsidem, cum, ut Julianus scribit, non consentiant, qui errant. Quid enim tam contrarium consensui est, quam error? Et leg. 8. Cod. de Juris & facti ignor. Cum testamentum nullo jure constituitur: ex ejus, qui ab intestato successit, professione solâ, veluti, ex testamento libertos per errorem profitemis, orcini vel proprii liberti, si non ipsius accessit iudicium (cum errantis voluntas nulla sit) effecti non poterunt. Si error contrarius est consensui, & errantis nulla est voluntas; ergo errantis nullum est Matrimonium jure naturæ; quia jure naturæ requiritur ad Matrimonium consensus & voluntas, nec aliter fieri potest, quidquid Pontifex constituat, ut supra adhuc diximus.

Nec obstat l. 1. ff. de Pign. act. supra à Gloss. allegata, quæ sic sonat: Pignus contrahitur non solâ traditione, sed etiam nudâ conventionione, etsi non traditum est. Si igitur contractum sit pignus nudâ conventionione: videamus an, si quis aurum ostenderit, quasi pignori daturus, & æs dederit, obligaverit aurum pignori, & consequens est, ut aurum obligatur, non autem æs, quia in hoc non consenserunt. Si quis tamen, cum æs pignori daret, affirmavit hoc aurum esse, & ita pignori dederit, videndum erit, an æs pignori obligaverit: & nunquid, quia in corpus consensum est, pignori esse videatur, quod magis est. Tenebitur tamen pignoratitiâ contrariâ actione, qui dedit præter stellationatum quem fecit. Ergo error in materia pignoris constitutionem non impedit.

Ad hoc, inquam, argumentum responderi possit, Primò: Republicam civilem in similibus contractibus posse supplere consensum; in Matrimonio autem nec Republica, nec Pontifex potest supplere consensum, ut alibi ostendimus.

Aliter responderetur: materiam non pertinere ad substantiam pignoris, uti nec ad substantiam stipulationis, de qua scriptum habes, ff. de Verb. oblig. l. 22. Si id, quod aurum putabam, cum æs esset, stipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine, quoniam in corpore consenserimus, sed ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fefelleris.

28.

Probatur, quod non ex l. 15 ff. de Juris.

l. 8. Cod. de Juris & facti ignor.

29. Obiectio ex l. 1 ff. de Pign. act.

30. Prima solutio.

31. Secunda.

L. 22. ff. de Verb. oblig.

Pontius.

Hoc autem sic explicat Pontius lib. 4. cap. 20. n. 20. quia cum nihil præter promissioni stipulator, sed ex lucrativa causa habiturus sit, quod promittitur, ejus potius interest stipulationem sustineri, quam vitari. Idem etiam in pignore dicendum est. Si enim es pro auro datum sit, saltem in ære pignus consistit, cum melius sit creditori cautionem aliquam habere, quam nullam. At in emptione, cum pretium pro re præstare teneatur emptor, illius interest potius emptionem non consistere, atque ita deficiente ejus consensu emptio non valet, cum in ea utriusque consensus debeat intervenire. Hæc ille.

Ergo similiter, cum in Matrimonio corpus pro corpore præstare debeant conjuges, illorum interest Matrimonium non consistere, atque ita deficiente alterius consensu Matrimonium non valet, cum in ea utriusque consensus debeat intervenire.

32.
An emptio
valeat cum
errore circa
substantiam
rei venditæ?
Arguitur
quod sic, ex
l. 4 ff. de
Contrah.
empt.

Sed contra, dicit aliquis; etiam emptio valet cum errore circa substantiam rei venditæ; arg. l. Quid tamen, 14. ff. de Contrahenda emptione, sequentis tenoris: *Quid tamen dicemus, si in materia & qualitate ambo errarent? Utpotè, si ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cum æs esset? Utpotè coheredes viriolum, quæ aurea dicebatur, pretio exquisito uni heredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte ænea? Venditionem esse constat, idèo quia auri aliquid habuit. Nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, valet venditio; si autem æs pro auro veneat, non valet. Atqui dum inauratum aliquid venditur, quod ego puto aureum, erro in substantia rei venditæ; ergo error circa substantiam non invalidat venditionem.*

33.
Oppositum
probat ex
eadem &
aliis legibus.

Respondeo: nihil clarius esse ex illa lege, quam errorem circa substantiam rei venditæ annullare venditionem. Quid enim aliud significant hæc ultima verba: *Si autem æs pro auro veneat, non valet?*

L. 9. ff. de
Contrah.
empt.

Et ex aliis legibus id ipsum constat. Unam aut alteram subscribo: *In venditionibus & emptionibus consensum debere intercedere palam est. Ceterum si in ipsa emptione dissentiant, sive in quo alio, emptio imperfecta est. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempromianum putasti; quia in corpore dissensimus, emptio nulla est. Idem est si ego me Stichum, tu Pamphilum absentem vendere putasti. Nam cum in corpore dissensimus, apparet nullam esse emptionem. Si in nomine dissensimus, verum de corpore constat, nulla dubitatio est, quin valeat emptio & venditio. Nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat. Inde quaeritur, si in corpore non erratur, sed in substantia (id est, secundum Gloss. ibi: *In substantiali qualitate vel materia) error sit, utputè, si acetum pro vino veneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argen-**

to simile, an emptio & venditio sit. Marcellus scripsit lib. 6. Digestorum emptionem esse venditionem, quia in corpus consensum est, et in materia sit erratum. Ego in vino quidem consensio, quia eadem prope vis est, si modo vinum acuit. Ceterum si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma, aliud pro alio venisse videtur. In ceteris autem nullam esse venditionem puto, quoties in materia erratur. l. lex. 9. ff. eod.

Et lex. 41. ff. eod. in fine sic ait: *Ademam argento cooperitam mihi ignorantis pro solida vendidisti imprudens, nulla est emptio, peccatumque eo nomine data condicetur.*

Sed cur potius, interrogat quispiam, emptio nulla, quam emptio rei inaurata, quam ego putabam auream, de qua supra leg. Quid tamen? Videtur quippe verum esse error in substantia rei venditæ, quæ vel utraque valida, vel utraque nulla.

Glossa hic verb. *Nulla est emptio*, etiam adhibet distinctiones; sic enim ait: *Inem contra, ut supra eodem l. Quid tamen. Nulla est quoad æs, sed quoad aurum sic, 2. vel distingue, an possit separari: & tunc videtur etiam in auro vel argento: ut ibi, 3. vel distingue, quod prævalet, ut si argentum, valet; si æs, non valet. 4. vel dic, quid sit: si solidum fuit actum, ut in solidum esset argentea, & melius: non est emptio quantum ad rem venditam. Dicitur tamen aliqua favore emptoris accipiatur, ut Instit. eodem §. fi.*

Cujacius lib. 2. Observat. cap. 4. (cella) titio supra. n. 15.) responderet: separata sunt, quæ inaurata vel inargentata sunt. Inauratum aurum vel argentum immixtum inauratum est; & idèo, qui rem inauratam emittit, non omninò errat in materia, quia inest aliquid auri: his autem, quæ argentea cooperata sunt, argentum infulum rem mixtum non est, & idèo, qui mentem ineam argento cooperatam pro argentea emittit, omninò errat in materia; mensa enim non ex parte argentea est, sed operimento duntaxat laminæ vestita est. Hæc Cujacius. Quæ Cujacii interpretatio (inquit Pontius) jure muniter placet Doctoribus.

Fatetur tamen Pontius, se nunquam potuisse assequi rationem hujus discrimina. Quæ enim inquit, refert argentum adherere metallo, aut æs immixtum esse auro? Nam quantum modum mensa illa argento cooperata, cum intus esset lignea, vendita est pro argentea, ita etiam viriola illa vendita erat pro auro, cum majori ex parte esset ænea. Quod tamen vel adhaereat, vel miscetur, non tollit, quod minus vitium sit in materia, quæ venditur, & ex consequenti emptor errat circa materiam quam emit, existimans in uno casu materiam totam esse auream, & pro aurea venditam, cum majori ex parte esset ænea; & in

alio casu totam mensam existimans esse argenteam, cum tantum operimentum argenteum esset. Sicut enim ex aere & auro artificiosè confecta erat viriola; ita etiam ex argento & ligno compositum erat quoddam artefactum, unum unitate entis artificialis.

37. Quare mihi olim in prima editione lib. de Imped. visum est, & nunc etiam videtur, veritate carere, quod Ulpianus dicit in prædicta lege: *Quid autem*, eam emptionem valere, quâ venditur res inaurata, existimanti esse auream, aut res quæ magnâ parte est ænea, habet tamen aliquid auri, existimanti totam esse auream, cum ex Aristotelis & Philoſophorum sententia, in hoc casu sit ignorantia ipsius quid. Id quod etiam olim iudicavi Gab. Valquez disp. 30 cap. 4 n. 30.

Nisi forrè quis dicat, venditorem sufficienter manifestasse defectum viriolæ, aut rei inauratæ, aut saltem dixisse emptori, non esse rem illam ex omni parte auream; non tamen sufficienter explicasse, quanta esset quantitas auri, aut alterius metalli admixti, & ideo venditorem cogi in id, quod interest. Verùm de hac lege dicam iterùm infra c. 2. 1. §. un. & forrè legitimam intelligentiam harum duarum legum assignabo. Hucusque Pontius.

38. Rogas, quæ sit illa legitima intelligentia? Idè venditionem illam valere ex Ulpiani sententia, quia reverà vendidit rem, quæ aurea erat, licèt aurum illud valdè mixtum ære & impurum esset, quare dolus fuit circa accidentalia. At in leg. *Cum Labeo*, mensa cooperta argento vendita fuerat, & mensæ artefactum non erat argenteum, operimentum autem argenteum, non mensa, quod auferri posset, manente integrâ formâ mensæ, quam pro argentea vendiderat; in illo autem artefacto ex auro & ære separari æs non poterat, salvo manente artefacto vendito. Et in hoc sensu alicujus considerationis erit, quòd æs mixtum cum auro sit, aut argentum tantùm adhæreat artefacto mensæ, & ab ea separari possit integrâ manente artificiali mensâ, quæ argentea fuerat vendita. Ex eo enim fiet dolum in una specie non fuisse circa substantialia, sed accidentalia, auri scilicet puritatem: at in alia specie fuit circa materiam, & rem ipsam, scilicet mensam, quæ vendita erat, cum operimento tantùm argenteo. Hæc Pontius supra n. 30.

39. Quiddid sit de his legibus civilibus, circa materiam emptionis & venditionis, quarum conciliatio magis pertinet ad Jurisconsultos, quam Theologos, satis ex eis constat, quòd verus error circa substantiam seu materiam emptionis, eam omninò irritet, defectu scilicet consensûs, qui essentialiter in omnibus hujusmodi contractibus requiritur. Et quamvis republica illum consensum

possit supplere in aliquibus contractibus, & de facto forrè suppleat, neutiquam tamen in Matrimonio, ut jam non semel dixi; & idè certum debet esse apud Omnes, quidquid forrè leges civiles, immo & Ecclesiasticæ, in contrarium videantur statuere circa aliquos alios contractus, errorem circa substantiam Matrimonii, qualis indubiè est, quando erratur in persona, Matrimonium omninò dirimere, seu invalidare jure naturæ, defectu consensûs debiti.

Nec tantùm error seu dolus antecedens, quando cognitâ veritate nolissent conjuges contrahere; sed etiam concomitans, quando cognitâ veritate adhuc voluissent contrahere. Quia, inquit Pontius supra n. 2. 1. in fine, Matrimonii contractus & ratione suæ excellentiæ, & quia indissolubilis omninò est, requirit positivum & expressum voluntarium, nec sufficiens est interpretativum.

Idem docet Sanchez lib. 7. disp. 18. n. 6. Sanchez, cum aliis, quos citat, estque opinio satis communis Recentiorum. Quippe ad Matrimonium non sufficit contentus habitualis, & tantùm in animi præparatione; sed requiritur consensus actualis in talem personam, qui tollitur per talem errorem, qui licet non efficiat Matrimonium illud involuntarium, facit tamen non voluntarium, ut supra diximus, quòd sufficit, ut non valeat.

40. Quod etiam verum putat Sanchez supra n. 7. non solùm quando est error seu dolus iustus & qui prudentes falleret; sed etiam si esset fatuus seu crassissimus, quia & hic tollit voluntarium formale & directum in hanc personam, quod tamen propter nimiam difficultatem, & omnimodam indissolubilitatem illius contractûs, videtur requiri; quamvis ut aliquid imputetur in culpam sufficiat voluntarium interpretativum; nam ad peccandum satis est, quòd quis se exponat periculo agendi contra præceptum; exponit autem se, qui cum tali errore aut ignorantia peccati operatur; ut autem quis validè contrahat, non satis est, quòd se exponat periculo contrahendi cum illa persona, sed requiritur voluntas vera contrahendi cum ea; non potest autem subsistere talis voluntas, supposito errore illius personæ, etiam vincibili; nisi forrè simul habeat voluntatem contrahendi cum persona, quam coram habet, quæcumque illa sit, quòd tamen rarò contingit, aut nunquam. Ita Dicast. disp. 7. n. 56.

Sed contra 1. metus levis non irritat Matrimonium, ut infra dicetur; ergo nec ignorantia levis, sed sicut solus metus cadens in constantem virum irritat Matrimonium, ita etiam solus error cadens in prudentem virum.

Respondet Sanchez lib. 2. disp. 19 n. 2. 1. Solvitur ex disparem esse rationem; metus enim non Sanchez, Ggg 3 au-

41. Error circa substantiam Matrimonii irritat.

40. Etiam solùm concomitans.

Pontius.

Sanchez.

41. An sufficiat error fatuus, ex Sanchez.

Dicastillo.

42. Obijciunt 1.

Solvitur ex

Sanchez.

aufert consensum, sed minuit libertatem; quare solus is merus spectatur, qui id nomen meretur, qualis solus est, qui in virum constantem cadit. At error quicumque sit, tollit consensum circa rem, in qua erratur.

43.
Infantia.

Si infans: talis dolus non irritat professionem religiosam; arg. cap. *Cum dilectus* 6. de his quæ vi. ibi: *Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cum talis dolus non tam ad circumventionem prædictorum Cisterciensium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri: super restitutione petita silentium eis auximus sententialiter imponendum.* Ergo nec irritat Matrimonium.

44.
Prima solutio.

Poffet primò responderi ex Gloss. verb. *Ad fatuitatem: Quod licet dolus inveniatur in huiusmodi spiritualibus, non tamen subvenitur dolum passo, licet dolus det causam contractui.* Simile 20. q. 3. Constituit *Idem in Matrimonio infra de Conversis conjug.* Ex parte. & cap. *Veniens, in fin. & cap. Dudum.* Quod est contra id ff. de Dolo, Et eleganter, in princ. Item habes hic quod dolus non præponderat culpæ, quod est contra id ff. ad l. *Aquil.* Item Mela. in princ. Item nota, quod in spiritualibus non habet locum in integrum restitutio, quia non videntur decepti, qui meliorem vitam elegerunt.

Jam autem qui contrahunt Matrimonium, non eligunt meliorem vitam, ut liquidd manifestum est; ergo licet Professio dolo fatuo emissa non foret invalida, adhuc non bene sequeretur; ergo nec Matrimonium est invalidum, contractum dolo fatuo.

45.
Solvitur secundò.

Quia tamen videtur esse eadem ratio Professionis, & Matrimonii; hinc Respondetur secundò: cap. *Cum dilectus*, loquitur de dolo circa accidentalibus; non est enim verosimile, Canonicos Insularum (de quibus loquitur illud jus) promississe cum juramento observare Regulam Cisterciensium, antequam haberent notitiam substantiæ istius Regulæ. Et idèd Pontifex dicit, illum dolum potius ad fatuitatem eorum debere retorqueri, utpote qui cum optimè novissent substantiam rei promissæ, imprudenter errassent in causa aliqua impulsiva, vel alia circumstantia, planè impertinenti ad actum tam solemnem qualis erat Professio religiosa, juramento firmata. Et idem asserimus de Matrimonio ut patebit ex Conclusionem sequenti, scilicet errorem circa accidentalibus neququam illud dirimere. Atque pari passu dicimus, errorem circa substantialibus Professionis, eam omninò invalidare. Quæ porò substantialibus sint, quæ autem accidentalibus tantùm, non est hujus loci discutere.

46.
Quando argumentum à contrario sensu non valeat.

Tantum addo: ex dicto cap. *Dilectus*, non bene inferri à contrario sensu; ergo quando foret dolus prudens circa accidentalibus, Professio esset invalida; quia argumentum illud

non habet vim, quando inde resuleret absurdus, & rationi difflonius intellectus, ut hic fieret: nam supponitur consensus directus, ac perfectus in omnia essentialibus, seu substantialibus; & tamen sequeretur, quod multæ Professiones essent irritæ, cum maximo damno & scandalo Religionis; quippe facile contingit, ut etiam prudenter aliqua accidentalibus ignorentur, & aliter judicentur, quam à parte rei sint.

Si rursus objicias; ignorantia crassa, seu error fatuus, æquiparatur scientiæ in parte, adèd ut in materia pœnali & odiosa, quantum jus punit delictum, scienter admissum, hæc ignorantia minimè à pœna eximit.

Esto: idèd non eximit à pœna, quia non eximit à culpa, ad quam sufficit, ut supra diximus, voluntarium indirectum & interpretativum. Præceptum quippe obligat aliquid, consequenter astringit ad diligentiam adhibendam, ad advertendum, & non potestur; at cum nullum præceptum sit contrahendi Matrimonium cum hac vel illa persona, non est quod culpæ ascribatur contrahenti ea inadvertentiæ, ac subside; inquit Sanchez lib. 7. disp. 19. n. 20. censetur indirectè volita. Et dato, quod sit indirectè volita; quia secundum Malin, non requiritur præceptum, ut aliquid sit indirectè volitum, sed tantum ut sit peccatum vel adhuc nihil sequitur contra nos, quia, ut peris diximus, ad contractum, & multo magis onerosum, sicut est Matrimonium, requiritur voluntarium directum, sive voluntarium in se, & non solum in causa. Ignorantia & crassa ignorantia estò æquivalatur in jure, haud equidem in ordine obligationem contractus, nisi foret ubi præceptum supplere defectum; sed solum in ordine ad culpam & pœnam.

Ex his videtur consecrarium: majus voluntarium requiri ad Matrimonium, quam ad peccandum mortaliter; nec mirum, quod bonum, quale est Matrimonium, consideretur integra causa; malum autem ex singularibus factibus. Nonne metus gravis tollit consentium requisitum ad Matrimonium? Et tamen non tollit consensum necessarium ad peccandum mortaliter, ut patet in his, qui metu mortis adorant idola, qui fornicant, & similia peccata contra legem naturæ perpetrant. Ergo similiter fieri potest, ut error tollat consensum necessarium ad validum Matrimonium, tamen relinquat consentium sufficientem ad peccandum mortaliter. Et talis est error personæ, de quo hæc tenemus.

Talis etiam foret error, quo aliquis crederet, Matrimonium nullatenus obligare ad reddendum debitum, aut certe non obligare indissolubiliter, & idèd Matrimonium

contrahit, falso existimans, quod omni tempore pro beneplacito suo possit à comparte recedere, & aliud Matrimonium inire. Talis enim reverà nescit, quid faciat, & ideo non potest valere id, quod facit. Sin autem solum ignoraret obligationem Matrimonii, & interim vellent facere, quod alii faciunt, indubiè valerit Matrimonium; quia quàmvis erraret speculative, non tamen practice, quia vult rem, ut in se est; ergo implicite illa omnia, quæ ipsi intrinseca sunt, quàmvis fortè ea ignoret. Unde talis vult contrahere sicut tenetur contrahere; & tenetur autem contrahere juxta institutionem illius contractus; ergo censetur velle facere contractum indissolubilem, quàmvis fortassis nihil minus cogitet, quàm de illa indissolubilitate.

At verò non tenetur potius contrahere cum hac persona, quàm cum illa; si ergo determinaverit sibi certam personam, cum qua vult contrahere, nisi illa sit præsens, non valet Matrimonium; quia præsentem nequidem implicite vult esse fortè sit nobilior, ditior, formosior &c. & quàmvis voluisset contrahere cum ea, si scivisset; sin autem nullam sibi determinaverit, sed voluerit contrahere cum quacumque præsente, valet Matrimonium, juxta antè dicta, tametsi, si scivisset talem esse, non voluisset contrahere.

Quid si ergo determinaverit sibi nobilem, divitem, pulchram, & reverà illa, quæ est præsens, nec est nobilis, nec dives, nec pulchra, nunquid valet Matrimonium, initum cum tali errore? Responso patebit ex Conclus. sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO II.

Error seu dolus circa accidentalia non irritat Matrimonium.

Accidentalibus voco, nobilitatem, divitias, pulchritudinem, & similes qualitates, extrinsecas corpori, quod est materia substantialis hujus contractus. Excipio servitutem, propter specialem constitutionem seu declarationem juris positivi, ut Conclusionè præcedenti insinuavi. Porro hæc Conclusio est communis. Et ratio in promptu est; quia talis error non tollit consensum substantialem, seu voluntarium, requisitum ad substantiam contractus. Sic (inquit Pontius supra cap. 2. r. n. 1.) docent Doctores omnes, ita ut necesse non sit Auctores referre, quàmvis, cum in specialibus casibus loquuntur, valde discedant ab ea communi sententia.

Attamen, ut ego explicem, quid res habeat, neque enim existimo, posse esse descri-

men in re, sed tantum in modo loquendi: advertendum est, accidentalem circumstantiam contractus, duobus modis posse comparari ad voluntatem contrahentis. Primo, ut solum concomitanter se habeat, vel quia nihil de illis cogitavit, neque de oppositis, vel quia ita affectus erat, ut, etiam si cogitaret, nihilominus actum perficeret. Secundo modo, ita ut animus contrahentis feratur in substantiam contractus, & simul in circumstantiam tanquam conditionem, à qua vult pendere contractum. Hucusque Basil. Pontius.

Utique satis congruè ad conciliandas sententias, quæ in modo loquendi discordant. Nam sententia, affirmans, errorem seu deceptionem circa circumstantias illas, non irritare Matrimonium, intelligi debet juxta primum modum. At verò sententia negans, accipienda venit juxta secundum modum.

Et patet sententia affirmans: quia est contractus hic & nunc absolutus & perfectus, nullo modo in sua substantia dependens à conditione, vel circumstantia aliqua extrinseca, vel saltem ex voluntate contrahentium; quia, ut supponitur, contrahentes vel non cogitarunt de illis, aut certè si cogitaverint, taliter erant affecti, ut vellent contrahere, tametsi in illis speculative errarent. Quidni ergo tale Matrimonium valeat, saltem jure naturæ? Neque invenitur aliquid jus positivum irritans generaliter hujusmodi contractum; ergo absolute valet.

Profectò ut dispositio aliqua de rebus suis valida sit, non est necesse, disponentem omnia univèrsim penetrare ac rimari, quæ ipsum à tali dispositione retrahere valeant, sed substantialia tantum; alioquin, ut bene notat Pontius supra n. 3. nullus ferè qui aliquid ab alio acciperet, vel cum alio contraheret, posset esse in conscientia securus, eò quòd justè timere posset, circumstantiam aliquam, vel circa ipsius mores, vel circa aliquid aliud, disponentem latuisse, quam si sciret, animum non haberet disponenti.

Et confirmatur amplius: quia voluntas disponentis & contrahendi in eo casu, in quo quis ignorat prædictas circumstantias; non nititur contrariis, neque illis ducitur tunc, ad eo pacto disponentem. Unde si contraria ad eam dispositionem non concurrerunt, neque fuerunt illius causa: ita neque ignorantia in ejusmodi circumstantiis, etiam si disponentem retraherent à dispositione, reddunt illam involuntariam; est que proinde valida. Quare non est univèrsim vera illa regula; tunc contractum aut dispositionem nullam esse, quando, si aliquis ad aliquam circumstantiam adverteret, quæ eum latuit, non contraheret. Ita Pontius, citans inter alios pro hac doctrina Scot. 4. dist. 15. q. 2. a. 3. Ex-

circumstantia duobus modis comparatur ad voluntatem, ex Pontio.

52. Error circa eam primo modo comparatam, non irritat, Probatur.

53. Confirmatur.

Indissolubilitatem, Pontius.
51. Auctores alii.
52. Pontius.
53. Pontius.

54. *Quando in donatione non sit iustitia, ex Scoto.*

Exscribo verba ejus, quæ utcumque ad hoc propolitum deservire possunt: In donatione (inquit n. 24.) non est iustitia, si donans non merè liberaliter donat, vel si contra voluntatem alicujus, à quo dependet in donando, donat, ut patet in illo casu, de quo allegatum est ibi extra de Censibus, cap. Exigit, lib. 6. Non autem merè liberaliter donat, si vel deceptus, vel quasi necessitate tractus donat, quia ignorantia, & aliquis coactio excludunt voluntarium simpliciter, ex 3. Et hic.

Et ex hoc sequitur; quod deceptus de eo, cui donat, quantum ad illam rationem, propter quam donat, non simpliciter donat. Et ideo si alicui tanquam propinquo donet, qui tamen non est propinquus, non simpliciter donat.

Consimiliter si alicui, ut egeno, qui non est egenus; & ideo videant illi tritari, scilicet, qui divites existentes, recipiunt tamen tanquam egentes, elemosinas, ne iniuste omnia hujus recipient, quia non est in dante voluntarium, propter conditionis ignorantiam, quam respicit in donando. Consimiliter si attractus in usuris dandis, non est merè donatio liberalis.

55. *Notandum in doctrina Scoti.*

Ubi nota hæc verba: Conditionis ignorantiam, quam respicit in donando. Non potest autem respicere propinquitatem, aut paupertatem in donando, qui in donando non semel de istis conditionibus cogitavit, quamvis forte, si cogitasset, eas respexisset. Immo nec sufficit de eis cogitasse; quia aliud est de re aliqua cogitare, & aliud propter cogitatum operari. Requiritur autem Scorus, ut sit deceptus de eo, cui donat, quantum ad illam rationem, propter quam donat.

Hiquæus.

Hoc intelligitur, inquit Hiquæus in suo Comment. ad illum locum n. 147. de conditione & causa per se donationis, quam donans suo consensu tacite vel implicite comprehendit principaliter, ita ut aliàs non donaret, neque cognito errore eam ratificaret, sed intenderet repetere, quo casu ipsi est restituenda.

56. *Cui debeat restituere, qui sic de recepit elemosinam.*

Quidam tamen DD. dicunt, donationem factam pauperi ficto, dandam esse pauperibus veris; quia præsumitur voluntas donantis jam abdicasse dominium in Christum. Alii dicunt, restituendam esse ipsi donanti, si est res notabilis, de qua non potest fieri talis præsumptio, quantum ad voluntatem domini: si minuta, præsumendum esse eam alienasse, neque ut plurimum intendere restitutionem. Si autem conditio illa sit tantum accidentaria & accessoria, completo jam consensu & animo donationis, valet donatio: quia licet impellat ad donationem, tamen animus donantis seu consensus, à quo dependet donatio, completur independentem à tali conditione. Hæc ille.

Conditio per accidens non annullat donationem.

Quæ facile possunt applicari aliis contractibus, de quibus Scorus supra sic loquitur:

Consimiliter dicendum est de accommodante, scilicet ibi non sit defectus equalis, propter æquale iustum; quia translatio usus ad tempus, non requirit tantam liberalitatem, quantum translatio domini.

In permutatione est iniustitia ex ille causa, scilicet ex deceptione, & involuntaria, & prohibitione Superioris, cui commutari solent in commutando. Et ex hoc potest dici commutatio, quæ fit in ludis alearum & huiusmodi, juxta illud ff. de Aleatoribus leg. 1. & extra de Vita & honestate Cleric cap. Clerici, super illud, Officia, in Gloss. tamen illa lex non ligat, nisi illos, qui vivendo politice sunt legi Imperiali, qui forte nulli sunt locati, quia ubi præcipue illa lex locum habere solet, municipalia præjunctam Imperialibus, ut patet in Italia.

Iniustitie in emptione & venditione factæ sunt prius, tangendo ad iustitiam in eis. Et nota hoc de locatione & conductione. Per idem textum de mutui donatione & solutione; iniustitia præcipua est usura, cuius vituperatio habetur extra de Usuris cap. Super eo. Huc quoque Dicitur Subtilis.

Cæterum manet adhuc difficultas, quando donam conditio aliqua sit per se causa contractus, quando vero solum accidentaria & accessoria; five, ut alii loquuntur, quando nam error qualitatis redundet in substantiam, & quando non.

Contingere potest, inquit Pontius n. 6. ut quis contrahat, expressè cogente aliqua circumstantia, non pertinente ad substantiam contractus; & hoc dupliciter. Nam vel fertur concomitanter in circumstantiam illam, ut cum quis contrahere voluit, quæ, quam gaudet esse divitem. Et hoc casu, etiam si error sit circa substantiam, validus est contractus, excepto Matrimonio, ut si quis vendat rem auream, existens in aurum esse sciret, nihilominus venderet, venditio valet, solumque restituendus erit excessus pretii, aut supplendus ab emptore. Et fortiori ergo idem dicendum est, si eo modo se habeat circa circumstantias accidentales ob rationem dictam. Quia ille conditio simpliciter voluntarius & absolutus & independens ab ea circumstantia, in quantum actu fertur tantum concomitanter. Hæc ille.

Et prosequitur n. 7. Quod si in eadem circumstantiam expressè feratur, & in per se, nam, eâ circumstantiâ vestitam, unico, & eodem actu, etiam si circumstantia sit extrinseca vel impertinens, existimo procul dubio validam in foro animæ, si ea circumstantia, quamvis extrinseca non subsistat. Ratio est, quia sine consensu non est validus contractus; at sublata eâ circumstantiâ, quam ille

60. *Ad alios casus semper sit veritate est dicitur. Sanchez.*

adeffe credit, aufertur omninò consensus. Ergo contractus est invalidus. Minorem probò; quia mutatà vel ablatà ratione aliquà in objecto actus indivisibilis, necesse est totam entitatem actus variari; neque enim idem actus voluntatis remanere potest, si aliquid objecti, in quod fertur voluntas, varietur, sed actum variari necesse est. Illa autem circumstantia, expressè tunc cognita, & cogitata in objecto, & in quam simul fertur voluntas eodem actu, pertinet ad rationem objecti; ergo eà variatà aut deficiente, destruitur tota ratio illius consensus; atque adeò nihil remanet, undè fit validus contractus.

Et confirmatur & explicatur ampliùs. Quia in eo casu talis dispositio est virtute conditionalis ex disponentis intentione, si ea subsistat circumstantia, quandoquidem, ut supponimus, animus disponentis expressè nititur illi circumstantiæ, & illà ducitur ad contrahendum. Si autem quis sub ea conditione contraheret, nemini dubium esse poterat, tali conditione non subsistente, in invalidum esse contractum. Idem ergo in nostro casu dicendum est: siquidem consensus ille est virtute conditionalis. Hucusque Pontius.

Sed hoc est quod queritur; an semper consensus sit virtute conditionalis, quando unico actu fertur in personam v. g. nobilem, divitem, virginem &c. citat quidem Pontius pro sua sententia Sanchezum l. 7. disp. 18. n. 2. sed an verè, poterit Lector judicare ex his, quæ subjicío: Id, inquit Sanchez, fatebor, nimirum si qualitas, in qua erratur, apponatur per modum conditionis in ipso contractu, quando scilicet Matrimonium initur, sive verbis exprimitur, sive mente contrahentis retenta sit, irritari Matrimonium, ut si contrahens eam actu intentionem haberet; duco hanc, si dives aut nobilis sit: tunc enim deficiente eà qualitate, deficit conditio, & subindè consensus sub illa præstitus; atque ita Matrimonium erit nullum. Conditio enim honesta est. Ita D. Bonav. 4. dist. 30. in exposit. lit. n. 4. & omnes.

Desideratur tamen, ut ea intentio apponendi talem conditionem sit actualis aut virtualis: nimirum ut contrahens habeat tunc illam actu vel virtute, quia antea habuit, nec per contrarium actum revocata est. Hæc enim intentio sicut sufficit ad constituendum Matrimonium, si affirmativa sit: ita ad dissolvendum, quando est negativa. Non verò sufficit intentio habitualis. Quare validum esset Matrimonium, licet in hac habituali dispositione esset, ut abtineret Matrimonio illo, si nosset feminam esse corruptam aut ignobilè. Sicut enim ea intentio habitualis, quando est affirmativa, non satis est ad verum Matrimonium, ubi adesse error personæ aut conditio-

nis, qui dirimentes sunt, ita non satis est ad illud irritandum, quando est negativa, existente errore solius qualitatis, qui Matrimonium minimè vitiat. Hæc ille.

Et siquidem Pontius nihil aliud intendat, verissima est ejus doctrina, & libenter ei subscribimus, quia res pervia est. Nihil autem aliud intendere, videtur colligi ex n. 13. ubi sic loquitur: Denique hinc fit, vitari quandoque Matrimonium ex errore in hujusmodi qualitatibus, ut cum animus contrahentis expressè nititur illi qualitati, quàmvis accidentali. Est enim ille consensus virtute conditionalis. Undè si quis contraheret cum aliqua, quia existimabat divitem esse, vel nobilem, vel honestam, vel virginem, ita ut his qualitatibus ducatur ad contrahendum, & his innitatur expressè, aliter non contracturus, in quo casu talis consensus dependet ab ea circumstantia, & illam habet pro conditione assensûs, in invalidum est Matrimonium, si dives non sit, aut nobilis, aut honesta, aut virgo, in foro quidem conscientiæ, si ita res se habeat, & etiam in exteriori foro, si probari poterit.

Atque ita ego obtinui in quadam causa matrimoniali, ut ex errore in qualitate nobilitatis, dissolveretur Matrimonium. Sæpè enim multò antea & proximè etiam ante Matrimonii contractum explicuerat femina, se quidvis passuram, & mortem sibi illaturam potius, quàm cum illo contraheret, si Judæorum sanguine infectus erat. Undè cum in viro defectus nobilitatis manifestus fuisset, Matrimonium declaratum est nullum, & huic sententiæ subscriperunt apud Salmanticenses, Vallisoletanos, Toletanos, Complutenes, & Matritenses, viri ex Theologia & Jurisprudentia doctissimi complures, & in Regis curia ferè omnes Jurisconsulti.

Quare non dubito, quin in quavis etiam alia specie judicaretur eodem modo, si juridicè constaret animus contrahentis innitens hujusmodi qualitati accidentariæ; sed quia valdè difficilis est hujus rei probatio, idèò quàmvis Matrimonium reipsà fuerit ex eo errore nullum, in foro Ecclesiæ sustinetur, & illi favetur, sicut & in multis aliis casibus. Hactenus Pontius.

Sed hoc exemplum nihil aliud probat, quàm quod Sanchez supra docet. Interim semper esse talem actualem vel virtuales intentionem in contrahente, quando unico actu fertur in personam sic qualificatam; & non esse talem actualem vel virtuales intentionem, quando distinctis actibus fertur in personam & qualitatem, quomodò rectè infertur ex illo exemplo? Nam tamen illa femina non cogitasset actu de illa qualitate, quando contrahebat, existimo, quòd adhuc

61. Debet animus contrahentis expressè nititur qualitati. Pontius.

62. Exemplum.

63. An semper nitatur, quando fertur eodem actu in personam & illam qualitatem.

H h h Ma-

Matrimonium non valisset, propter illam virtutalem, id est, actualem non retractatam (quam Theologi communiùs appellant habitualem) intentionem, quæ licet non sufficiat ad ministrandum Sacramentum, sufficit tamen ad illud invalidandum.

64. Ad contrahendum requiritur intentio saltem virtualis.

Pater: si quis hodie, v.g. diceret: Cras tecum contraham Matrimonium, sub illa tamen conditione, si pater consentiat; tamen si cras non cogitaret de illa conditione, equidem Matrimonium foret conditionatum & invalidum, deficiente illâ conditione; licet certum sit, sine novo actuali consensu Matrimonium cras initum, etiam subsistente conditione non valere, ita ut si ebrius, aut dormiens, cras exterius proferret verba, significantia consensum, equidem nihil fieret; quia ad contrahendum & ad ministrandum Sacramentum requiritur ad minus intentio virtualis strictè dicta, id est, ut actu vel virtute velit ministrare & contrahere, & non sufficit quòd aliquando voluerit, & non revocaverit, quia ministratio debet esse actus humanus, qui ad minus requirit, ut prior voluntas actualis in aliquo suo effectu permaneat, prout minimè permanet in somno aut ebrietate.

65. Quid hic requiratur ut consensus sit conditionatus.

Et verò cur repugnet, ut unico actu voluntas feratur in personam qualificatam, tamen nolit, ut ab illa qualitate, tanquam à conditione dependeat Matrimonium? Hoc sanè semper videtur contingere, quando sic est affectus, ut si sciret qualitatem non subesse, equidem vellet contrahere. Quocirca si unico actu, si ve diversis attingatur persona & qualitas, parùm videtur id referre, ut consensus sit vel non sit conditionatus. Verùm enim verò ut sit conditionatus, seu dependeat valor à qualitate, omninò extrinseca, oportet, ut jam dicat apud se, aut exterius; *Nolo contrahere, si non sis dives, pulchra, virgo, nobilis, &c.* vel ut aliquando hoc in mente, vel extramentem dixerit, & non revocaverit. Et quia ordinariè talis voluntas non præcessit, vel concomitatur, idèò ordinariè error istarum qualitarum non invalidat Matrimonium, estò quis ita merè habitualiter constitutus sit, ut si sciret, qualitatem non subesse, nullatenùs vellet contrahere.

66. Quid sentiat D. Bonnav. de hac controversia.

Placet audire Doct. Seraphicum, supra à Sanchio pro sua sententia allegatum. Itaque 4. dist. 30. in exposit. lit. n. 3. ad hæc verb. Mag. Error verò fortunæ consensum non excludit, sic scribit: *Videtur malè dicere; quia possibile est, quòd aliquis consentiat in aliquam pro sola pecunia. Ratio consensuendi fuit pecunia; sed non existente causâ principali, non existit effectus; ergo si non est dives illa, in quam consentitur propter divitias, non est consensus; ergo nec Matrimonium. Item: estò quòd consensus exprimeretur sub conditione pecuniæ; dein de si non daretur, non esset Matrimonium in conspectu Ecclesiæ. Ergo*

pari ratione, si non est ita in corde, non est Matrimonium in conspectu Dei.

Responsio: dicendum, quòd error fortunæ non excludit consensum, immò consensum inducit. Inducitur autem consensus à falsa estimatione ad eliciendum consensum verum; & cum non sit in aliam personam, quam in hanc, verus est consensus & verum est Matrimonium. Quòd ergo obijciatur, quòd pecunia est causa. Dicendum, quòd falsum est, immò estimatio vel spes habenda pecunie. Ad illud quòd obijciatur; si consentit spe pecuniæ; dicendum, quòd aliud est spe pecuniæ consentire, aliud sub conditione consentire. Qui enim consentit spe pecuniæ, supponit divitias in estimatione, & absolute elicit consensum ex voluntate; & idèò Matrimonium contrahit, qui sub conditione, reservat adhuc sibi consensum, & idèò non est Matrimonium; nec est similitudo inter hunc consensum & illum. Hæc Bonnav. D. Bonav.

Perindè autem videtur esse ad hanc similitudinem, si ve voluntas in pecuniâ personam feratur unico actu, si ve ad distinctis; quippe dum unico actu feratur, ad huc præcipue feratur in substantiam rei, si ve in personam; cumque illam cogitaret, consentitur absolute in eam consentite, præsertim cum jam ita communitè ab omnibus Matrimonia contrahantur, ut à causa motu extrinseca seu solum impulsiva, qualiter illa qualitas, non velint pendere solum sensum; adeoque simpliciter contrahantur, nihil expressè adijciendo per modum conditionis, consentitur se velle illi communitè contrahendi accommodare. Si tamensolum in mente, suum consensum omninò adstringeret illi qualitati, sine dubio in foro interno non valeret Matrimonium delicti consensùs, tamen in foro externo cogitur servare contractum, quia in illo foro contractum præsumitur, nisi speciali consideratione loci aliud esset receptum.

Nec hanc præsumptionem negat Pontius, ut patet ex ejus verbis supra relatis; & amplius ex iis, quæ habet num. 18. ubi ostendit hunc communem loquendi modum DD. præterea, dolum vel errorem quandoque dare causam contractui, quandoque incidere in contractum, aliter explicandum esse in foro interno atque conscientiæ, aliter in foro externo atque civili.

In foro quidem animæ (inquit ille) dolus & error dicuntur dare causam contractui, si ve sit circa substantialia, vel accidentalia actûs, dummodò reverà operans eo errore ducatur, & illi innitens contrahat, ut in capite explicatum est. Incidere autem dicitur, si ve sit circa substantiam, vel accidentalia, quando illi errori non nititur contrahens, sed error concomitatur tantum, nec antecedit.

B
Sacramentum
Matrimonii

At verò jure civili, & in foro externo, error circa substantiam dicitur dare causam contractui; non enim judicare potest jus civile de valore contractus, quando fit cum errore tantum concomitante circa substantiam, cum consistat in eo, quòd ille ita affectus sit, ut etiam si sciret eum errorem esse, nihilominus contraheret, quæ occulta res est, & de qua judicare non spectat ad jus civile. Incidere autem in contractum error dicitur jure civili, quoties non est circa substantialia contractus, sed circa accidentalia: tunc enim, & ut lites præcidat, & etiam, ut commercii hominum rectè consulatur, non præsumit illum non contracturum si scivisset, sed contracturum quidem, minori tamen pretio, si defectum sciret, qui non destruit materiam emptionis, ita ut una detur pro alia; sed vitiat, ita ut non tradatur emptori æquè bona materia, ac ipse existimabat, ut colligi potest ex l. Julianus, 13. in princ. ff. de Act. empt. & vend. cum similibus.

Quare in jure nunquam dolus dare causam dicitur, quando circa accidentia actus erratum est. Undè fit, posse contingere & sæpè ita evenire, ut aliquis error det causam contractui in foro anime, & tamen jure civili nequam dedisse, sed incidisse tantum censatur, ut quando est error circa accidentalia, & reverà ex eo errore ductus, & illi innitens, contraxit. Uti quædam Pontius.

Itaque in contractu Matrimonii (& idem est de Professione religiosa) præsumitur consensus absolutus, & reverà censeri debet consensus absolutus, etiam in foro anime, quando non satis constat de conditione, sive exteriori adjecta, sive mente recta.

Ratio est: quia modus tendendi voluntatis in objectum absolute, & nullà apposita conditione illud amantis, est conformis naturæ ipsius objecti: undè quando voluntas eligit statum omninò fixum, & indissolubilem, ut est Professio & Matrimonium, electio ea est secundum modum congruentem statui permanenti: at valdè incongruum est & dissentaneum, statum sumere dependenter ab aliis rebus, præter eas, quæ sunt de ipsius status substantia. Ex ejusmodi enim dependentia sequeretur multas Professiones, & pleraque Matrimonia censenda esse irrita; quod cederet in grave damnum & scandalum Reipublicæ. Ex quo fit ut voluntas absoluta contrahendi Matrimonii aut profitendi, eo ipso quòd versatur circa ejusmodi statum perpetuum, includat virtuales voluntatem status illius eligendi, etiam si erretur in quantumcumque magnis circumstantiis illius status. Ita Sanchez l. 10. disp. 9. n. 20.

Multò magis, si tantum erretur in parvis circumstantiis; tamen error ille det causam contractui. Quippe error talis solum causat

involuntarium secundum quid, cum quo simul coherere potest voluntarium simpliciter, & necessarium ad valorem contractus Matrimonii. Nam & metus causat involuntarium secundum quid, & tamen cum metu potest coherere voluntarium necessarium ad valorem Matrimonii, ut infra in hac Sectione videbimus.

Si dixeris: eleemosyna seu largitio eleemosynæ, facta alicui tanquam pauperi, qui est dives, non valet, ut supra vidimus in Scoto; ergo nec valet traditio corporis, alteri facta tanquam diviti, qui reverà est pauper.

Respondeo neg. Conf. Ratio disparitatis, quia in tali largitione eleemosynæ deest titulus, nempe paupertas, & ideo deest formalis ratio eleemosynæ; ac proinde est error circa substantiam. At verò in traditione corporis per Matrimonium, non deest titulus, seu ratio formalis illius contractus, etiam si deficiat ea qualitas; quia hæc non est titulus aut ratio formalis; nam fit traditio corporis pro corpore, divitiæ autè planè sunt extrinsecæ corpori.

Coninck hinc disp. 3. l. n. 8. existimat, etiam illam eleemosynam valere, communiter loquendo; quia communiter homines intendunt sua dare huic homini, quem credunt esse pauperem, ita ut paupertas sit solum ratio motiva. Et ut donatio habeat formaliter rationem eleemosynæ, sufficit quòd detur ei, qui omninò creditur esse pauper, ut ita ipsius miseria sublevetur. Simulans tamen eam paupertatem tenetur ad restitutionem, quia alterum dolo malo induxit ad dandum. Hæc ille.

Quæ Pontius supra cap. 20. num. 8. existimat esse pugnantia, quòd cum credat eleemosynam validam esse, tamen pauperem obliget ad restitutionem. Sed, meo judicio, nulla est hic pugnantia, quia etiam emptio potest esse valida, & transferre dominium rei venditæ in emptorem, estò emptor teneatur ad restitutionem; quia venditorem dolo malo induxit ad vendendū, v.g. dicendo pretium vulgare tantum esse 100. floreni, cum sit 100. & 50. quàmvis enim talis venditio valeat, tamen tenetur emptor ad restitutionem damni 50. florenorum. Similiter, si venditor dixit emptori, pretium vulgare esse 150. florenorum, cum solum esset 100. valet venditio, quàmvis venditor teneatur ad restitutionem 50. florenorum. Sic etiam valet venditio rei furtivæ, quando emptor processit bonâ fide, & transfertur dominium pretii in venditorem; quis autem propterea excusaverit talem venditorem à restitutione pretii, casu quo dominus rem suam repetat ab emptore?

Præterea; etsi dominium usurarum transferretur in usurarium, equidem usurarius teneretur ad restitutionem, ut docet Scotus 4. dist. 15. q. 2. n. 26. ibi: Ad secundum: & si

H h h 2 trans

tam dicitur causas involuntarium secundum quid.

71. Objectio.

Solvitur.

72. An eleemosyna data diviti, qui putatur pauper, valeat, ex Coninck.

73. An dives ille teneatur ad restitutionem.

Pontius.

69. Profumitur in Matrim.

70. Error in circumstantiis

transferat dominium, tamen recipiens tenetur restituere; sicut in mutui datione transfertur, & tamen debitor tenetur tandem restituere creditori. Ergo bene sibi coheret, quod factus pauper accipiat dominium eleemosynæ, & tamen teneatur eam restituere, quia malo dolo induxit ad dandum.

74.
Qua sit intentio dantium eleemosynam.

An autem communiter sit intentio dantium eleemosynam, quam ibi exprimit Cocinck, mihi non constat; & ideo sequor sententiam Scoti supra, Pontii supra, & Aliorum, qui existimant communiter non transferri dominium eleemosynæ in pauperem factum, eò quod sit intentio dantium, verè sublevare miseriam petentis, quæ sublevatio tribuit speciem eleemosynæ illi dationi, quæ alioquin non esset eleemosyna, ut patet, quàm vis fortè haberet meritum dantis, quæ pro motivo habuit honestatem eleemosynæ.

Consimiliter, si aliquid donetur titulo consanguinei, aut amici, si re ipsa non sit consanguineus, neque amicus, vitatur donatio. Quia cum hæc actio ex sua substantia pertineat ad pietatem, vel amicitiam, quæ observamus parentes, vel amicis beneficimus, amicitia vel consanguinitas est circumstantia substantialis ejus actionis. Idem dicendum est, cum donatur aliquid alicui pauperi titulo sanctitatis, qui sanctitatem simulat, ea donatio non valet; quia jam ille actus pertinet ad religionem, vel observantiam; & licet sanctitas esset accidentalis circumstantia actus eleemosynæ, est tamen substantialis actui observantiæ vel religionis. Ita Pontius supra n. 9. cum aliis, quos citat.

Pontius.

Et verò multa similia in aliis materiis, ut beneficiorum, votorum, &c. ex his colligi possent; sed quia non sunt propria huic loco, neque necessaria pro explicando errore matrimoniali, lubens ea pertransco.

75.
Objeçtio ex Arist.

Objecio autem contra id quod dictum est, errorem accidentalem non invalidare, objecio, inquam, communem definitionem voluntarii, ex Aristotele 3. Ethic. 1. *Cujus principium est in ipso agente, sciente singula, in quibus est ipse actus.*

Resp. Dicastillo.

Respondet Dicastillo disp. 7. n. 67. Aristotelem ibi loqui de circumstantiis pertinentibus ad substantiam actionis, ut interpretatur Vasquez 1.2. disp. 30. Et prosequitur, dicens: Non me latet, Basilium lib. 4. de Matr. c. 2. 1. & aliquos alios Recentiores contendere, non valere Matrimonium, quando errans in qualitate contrahit, expressè motus à qualitate, circa quam errat, quod tamen omninò falsum puto; nam ex eo, quod moveatur à qualitate illa, ad eò ut, si non erraret circa illam, non contraheret, non colligitur, quod contrahat dependenter ab illa, tanquam à conditione, sed tantum ab illa,

Vasquez.
Pontius.

tanquam à causa finali. Hoc autem non sufficit ad invalidandum actum, nisi apponatur per modum conditionis, sine qua non fieret contractus, ita ut unico actu feratur quibus ipsam qualitate, seu in objectum, ut vultum ea qualitate, & non aliter; quo casu, deficiente ea qualitate, deficit conditio. In quo sensu merito consentit cum Basilio Perez disp. 24. sect. 3. n. 7. Hæc ille.

Verum enim verò, si in hoc sensu merito consentit cum Basilio Perez, in nullo sensu merito dissentit à Basilio Dicastillo, propter tamen videtur velle dissentire. Patet: quia nullum alium sensum approbat Basilius, ut patet ex verbis ejus supra relatis, quibus illud, in quo consentit Perez; & merito consentit, si eum intelligat, prout nos supra cum Sanchio eum intelleximus; scilicet, ut non velit consentire in illam personam, nisi sit vestitam eà qualitate. Alioquin tamen consentiret in illam ut vestitam, si tamen non vellet consentire, etiam si non esset vestita, nescio quare illud Matrimonium non videtur, etenim illa dispositio, etiam merè habitualis, signum sufficiens est, quod propter consensum ne quidem virtualiter fuerit conditionatus, sed planè absolutus in talem personam, quam apprehendebat vestitam divitiis nobilitate &c.

Si inferas: ergo quotiescumque voluit contrahere, si scivisset non vestitam talitate, Matrimonium erit irritum. Respondetur neg. Conf. quia fieri potest, ut ote consentiret hic & nunc in illam personam quam apprehendit vestitam tali qualitate, consentiat, inquam, unico actu propter alter attingente personam, secundum eam qualitatem, tanquam causam impeditam tantum; & tunc nulla est ratio, quare Matrimonium illud non sit validum; quoniam enim nitatur ille consensus istà qualitate, tamen ut conditione; adeoque tamen illa qualitas non subsistat, non propterea dicitur aut tollitur de facto consensus, sed ad tantum defecisset, si ille scivisset, non tamen illam qualitatem.

Quod utique non sufficit (inquit alibi hic q. 12. sect. 1. §. Hinc satis accendendum reddendum irritum Matrimonium, ubi non confurgit & perficitur ex actu & proinde voluntate, non ex eo, quod quis voluit, si scivisset, aut putasset. In aliis vero casibus, interdum error qualitatibus spectantibus substantiam certi contractus, quando incidit super materiam talis aut talis qualitatibus, & sic reddit irritum contractum. Interdum ex speciali juris dispositione reddit irritum & sic etiam in Matrimonio institutum potest hoc impedimentum ab Ecclesia, sed casibus non esse institutum. Interdum autem non reddit ipso facto irritum, sed potest irritum

dum. Et hoc etiam non habet locum in Matrimonio, ut patet. Hæc ille.

In eo itaque Omnes conveniunt, quod deficiente qualitate, deficiat consensus, quando fuit consensus conditio natus sub tali qualitate. Et ratio est plana; quia non verificata conditione, non purificatur consensus; adeoque non transit in absolutum, sicut requiritur ad Matrimonium; sed potius mutatur seu tollitur totus actus, quia indivisibiliter fertur in objectum sub tali conditione. Porro quando hoc sit, valde incertum est, ut patet ex dictis, nisi dum actu contrahens dicit, vel saltem aliquando dixit: *Nolo contrahere, si non sis dives, nobilis &c.*

Atque tali casu error circa ea, quæ per se sunt accidentalia Matrimonio, transit in errorem personæ, sive in errorem substantialem; quia tunc non solum corpus contrahentis est substantia, sed etiam illa qualitas, non ex natura contractus, sed ex mente contrahentis, quæ alligatur illi qualitati, æque atque ipsi corpori. Unde de tali errore non intelligitur nostra Conclusio, ut patet.

Consimiliter error qualitatis transit in errorem personæ, & per consequens annullat seu dirimit Matrimonium contrahendum, quando qualitas talis est, ut ex illa sola, & sub illa, apprehendatur certa aliqua & determinata persona, cum qua quis vult contrahere. Siquidem non solum visus, sed etiam auditus, & non solum ex proprio nomine personæ, sed etiam ex aliqua alia circumstantia formare possumus & solemus conceptum certæ singularis ac individuae personæ. Quando ergo penes huiusmodi qualitatem concipimus certam personam, & postea offertur alia persona, in quam non cadit talis qualitas, tunc planè erramus in ipsa persona, & error qualitatis transit in errorem personæ.

80. *Quando ex sola qualitate cognoscitur persona, error qualitatis transit in errorem personæ.*
81. *Exemplum in Addit. q. 51. a. 2. ad 5. Dicendum, inquit, quod error nobilitatis, in quantum huiusmodi, non evacuat Matrimonium, eadem ratione, quæ nec error qualitatis. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit Matrimonium: unde si consensus mulieris feratur in ipsam personam directè, error nobilitatis ipsius non impedit Matrimonium; si autem directè intendit consentire in filium Regis, quicumque sit ille, tunc, si alius præsentetur ei, quàm filius Regis, est error personæ, & impeditur Matrimonium.*

Itaque si alicui puellæ fuit promissus in virum primogenitum v. g. Regis Franciæ, quem prius non novit, nisi sub ista qualitate eaque habeat intentionem determinatam cum eo contrahendi, si substituat secundogenitus, secundum Omnes non valet Matrimonium. Quod si prius personam optimè noverat, absque illa qualitate, tamen si putet

esse primogenitum, qui reverà solum est secundogenitus, valet Matrimonium; quippe tunc non errat in persona, quam distinctè vidit & novit, & cum qua præsentè contraxit, sed solum in qualitate aliqua accidentaria, veluti si putaret divitem, & esset pauper, nisi consensus fuerit verè conditionatus juxta antedicta.

Mulier (inquit Doctor Seraphicus 4. dist. 30. q. 1. n. 13.) quæ credit hunc, quem videt, esse filium Regis Angliæ, duplitter potest errare; aut enim cognoscit personam filii Regis Angliæ visu vel auditu, & tunc in veritate consentit in illum, quia de illo cogitat, & tunc est error personæ, & non est Matrimonium. Aut personam ejus non cognoscit, sed solum cogitat dignitatem, & credit hunc, quem videt, habere illam dignitatem & nobilitatem, & tunc non consentit nisi in hunc; & est error proprietatis non substantiæ. Quod ergo obijciatur, credit hunc esse alium, falsum est, sed alterum; quia nobilitas non est substantia, sed accidens. Hæc ille.

Cæterum ex jam dictis haud operosum erit, resolvere certos aliquos casus, qui hæc ab Auctoribus solent proponi. Primus fit, qui proponitur à Tabiena verb. *Impedimentum primum*, q. 4. sub hac forma verborum: Sed quid esset dicendum ad casum, qui accidit Mutinæ, tempore quo hoc scribebam Bononiæ, scilicet 1513. de quo fui interrogatus: videlicet, erat quidam habens duas filias, quarum prima non erat multum sana neque pulchra; secunda verò erat pulchra & sana. Quidam verò juvenis, videns hanc secundam, dixit patri, quod illam acciperet in uxorem: pater respondit, quod non erat consuetudo, ut secunda prius nupti tradatur ante primam: & quod si volebat primam, quæ æquè bona erat, sibi eam traderet. Ille juvenis, qui nunquam viderat primam, misit quemdam amicum suum, ut videret eam, cui amico ostenderunt secundam, dicentes, illam esse primam. Ille verò amicus revertit illi juveni, quod esset pulchra & fortis, & bona pro eo. Venit igitur iste juvenis ad domum istarum, & præsentaverunt sibi primam, cum qua contraxit per verba de præsententi, credens quod esset illa, quæ fuerat ostensa amico suo; cognita autem deceptione voluit dimittere eam, allegando, quod fuisset error personæ. Ecce casus.

82. *Proponitur quidam casus ex Tabiena.*
83. *Resolutio Tabiena.*
Sequitur resolutio Tabienæ. Respondi, inquit ille, quod Matrimonium teneret, & non fuit error personæ, sed qualitatis. Movebar; quod consensus suus non potuit esse in secundam, ex quo dixerat sibi pater, quod nolebat tradere secundam, & ex consequenti non est verisimile, ut dirigeret consensum in secundam.

Videtur igitur, quod dirigeret consensum suum in illam, quæ fuit sibi præsentata, eò quod

H h h 3 quod

quod non cognoscebat aliam nisi primam vel secundam, nec erat alia, in quam posset dirigere consensum suum. Consensit igitur in istam presentatam, scilicet primam, cum isto scilicet, quod credebat, illam esse, quæ fuerat ostensa amico suo, & sic erat error in qualitate. Si autem nunquam fuisset sibi dictum, quod nolebat dare secundam, & determinasset consensum suum in illam, quæ fuit ostensa amico suo, omnino fuisset casus valde dubius, & videretur error personæ. Movebar etiam, quod in dubio iudicandum est pro Matrimonio Hætenus Tabiena.

84.
Expenditur
à Sanchio.

Prima pars huius resolutionis approbatur à Sanchio lib. 7. disp. 18. n. 35 secundam autem sic distinguit: Aut enim oblata est alicui, ad Matrimonium cum ea in eundem, filia, v. g. Petri, speciali aliqua notâ designata, ut nomine proprio, vel primogenita: aut secundogenita: & tunc, quamvis volenti personam inspicere, ostendatur foemina pulchrior, & ipse eo errore circumventus ducat foeminam, prius sibi oblata, non est error personæ, sed solius qualitatris. Quod apprehensio prioris foemine sibi oblatae permaneat, ac ducat consensum in illam, quare non errat in persona, quam existimat, sed in illius pulchritudine. Si tamen nullâ notâ singulari filia illa designata esset, sed genericè quædam Petri filia oblata esset, & ostensa esset alia, esset utique error personæ. Quia apprehensio alterius contrahentis non erat ad singularem personam determinatam; determinatur autem per inspectionem propriam, vel tertiæ personæ, ad mulierem ostensam; quare si alia supponatur, erit error personæ.

Si alia, inquam, ejusdem Petri filia; secus si alterius filia ostendatur; tunc enim eâ pulchritudine foemine ostensæ deceptus, ducens filiam Petri, non errabit in persona, sed in qualitate pulchritudinis: quia licet inter filias ejusdem Petri non esset apprehensio determinata, atque ita determinatur ad filiam ostensam; verum respectu aliarum, quæ ejusdem Petri filia non sunt, determinata erat, atque ita per inspectionem nequaquam distrahitur ad eam, quæ Petri filia non sit, volendum in conjugem, sed in eadem voluntate ducendæ filia Petri persistit. Ipsam ergo ducens non errat in persona, sed in personæ pulchritudine. Uti quædam Sanchez.

85.
Tabiena &
Sanchio con-
tradicit
Pontius.

Sed & Tabiena & Sanchio contradicit Pontius supra cap. 22. n. 3. & 4. Ego, inquit, existimo, etiam si illam prius negasset pater, non rectè respondisse Tabienam, sed esse errorem qualitatris, refusum in errorem personæ; si tamen juvenis consensit in eam, quæ ostensa fuit amico, & expressè in illam ferebatur consensus. Cum ergo non fuerit illi ostensa primogenita, non potuit Matrimo-

nium, consistere cum ea, quæ non fuit ostensa.

Idemque existimat, tamen si secundogenita non fuisset denegata, propter eandem rationem, si, inquam, juvenis ferebatur in eam, quæ amico fuerat ostensa.

Rogas, quid ego sentiam? Respondere non potuisse Matrimonium subsistere, si non expressè ferebatur consensus in ostensam, ut, saltem virtualiter, foret conditionatus juxta antea dicta. Sin minus, Matrimonium valuisse. Patet mea responsio; quia non subsistente conditione, consensus conditionatus non fit absolutus; requiritur autem ad Matrimonii valorem consensus absolutus. Porro consensus in primogenitam fuit absolutus, si non ferebatur expressè in ostensam, quamvis contrahens putaret esse ostensam; & idèd tunc valuisset Matrimonium.

Quantum ad alterum casum, à Sanchio propositum supra, de patre, qui prius ostendens filiam, nullam in particulari promississet, sed unam ex pluribus, & tunc unam ostendit alteri amico, & alteram tradere, consentit Pontius, esse errorem in persona; quia tunc intentio determinata fuit ad ostensam, cum ad nullam aliam potuisset determinari. Debebat autem ad aliquam determinatam quippe invalidè contraheres cum illa, si tri, nullam in particulari determinando hic plures haberet; cum sic nulla foret: cur potius cum hac, quam cum illa contraheres, & non potes cum omnibus contrahere cum nulla. Ut autè intendas (in principio) cum aliqua determinata contrahere, omnino necessarium est, ut tibi in particulari determinatè proponatur; quia sicut solam nunquam fertur in incognitum, ita nec fertur in aliquid determinatum, nisi determinatè cognitum, sive ab intellectu apprehensum. Ita hic Auctor disp. 31. n. 14.

Qui ibidem notat; nos duobus modis habere aliquam personam cognoscere, scilicet, singularem de ea conceptum formando. Primum cognoscendo eam in se per ejusdem personam aut familiaritatem, quæ etiam per litteras haberi posset. Secundò, cognoscendo eam solùm secundum aliquam qualitatem, quæ nobis ab aliis descripta est.

Docet præterea; quando aliquis solèdum, sive veras, sive falsas accepit, primam cognitionem paribus semper præcipuè attendendam esse: quia per illam ipse certæ personæ conceptum sibi formavit, quem per reliquas cognitiones (nisi longè evidentes) non mutat; sed has personæ primò conceptæ convenire credit, nisi advertat in contrarium repugnantiam.

Ex his infer primò; nunquam errorem qualitatris, quæ non designat personam, nec

nind determinatam, involvere errorem personæ; quia illa qualitas non potest intellectum inducere, ut determinatam personam concipiat, aut voluntati proponat. Hinc (infero ego) error divitiarum, nobilitatis, pulchritudinis, sanctitatis, & similitum qualitatam, communiter non involvit errorem personæ, nisi fuerit consensus conditionatus juxta antè dicta, quia illæ qualitates communiter non designant certam personam.

Infert secundò, quando quis aliquam personam in se verè cognoscit, falsitatem qualitatam, quantumvis particularium, quæ putantur inesse, non inducere errorem personæ: quia harum narratio non efficit, ut alter concipiat hanc aliam esse personam, quam reverà sit; sed ut concipiat ei inesse alias qualitates, quam reverà insint.

Ad ejusmodi autem personæ cognitionem, non sufficit eam semel obiter vidisse, sed necessaria est talis cognitio, ut quis possit, secundum communem modum loquendi, dici, verè eam cognoscere. Ad quod videtur sufficere, quòd semel atque iterum, antequam ei talis esse describeretur, familiariter cum ea egerit, etiam per literas.

Quando verò dubium est, utrum cognitio illa personæ sit tanta, ut falsa de ea narratio non possit inducere errorem personæ, videndum est, utrum personæ cognitio in se, præcesserit illam narrationem: an verò contrà, & tunc prior cognitio præferenda; v. c. Petrus incidit in aliquam personam sibi incognitam, agit aliquantulum cum ea, deinde rogat, quænam sit, falsòque dicitur ei, esse filiam unicam talis ducis, deinde eam ducit uxorem; est solum error qualitatis, & Matrimonium valet. Quia ipse determinatur ad concipiendam certam personam ex priori conversatione, & per eam narrationem non determinatur, ut putet eam esse aliam ab ea, quacum egit, sed ut putet eam talem qualitatem convenire. Excipe casum quo filia talis ducis per famam ei prius esset singulariter nota: tunc enim per eam narrationem determinaretur, ut hanc in particulari sibi ducendam proponeret.

Contrà; Joannes promittit Petro filiam suam primogenitam, ei alias incognitam; deinde mittit ad eum secundogenitam, & hic eam ducit, credens esse primogenitam, est error personæ; quia intentio ipsius absolute fertur in primogenitam, sibi promissam. Quod verum est etiam si primogenita jam esset defuncta; quia inde non efficeretur, ut secundogenita esset illa, cum qua sponsus intendit contrahere.

Excipe casum, quo ante contractum longà familiaritate hæc secunda sponso sufficienter in se esset nota, ita ut ei in se inci-

peret placere abstrahendo ab illa qualitate. Hactenus Coninck.

Qui ibidem n. 19. ex jam dictis concludit contra Sanchium supra: si pater ostendisset aliquam filiam non suam, invalidum fuisse Matrimonium, sive tradidisset ostensam, sive unam ex suis; quia, inquit, juvenis intentio in nullam determinatam potuisset ferri. Nam neque in illam ostensam, quia tunc non intenderet aliquam ducere, quæ non esset filia illius patris; neque etiam in unam ex illius filiabus, quia nulla esset ratio, qua ipsius intentio potius determinaretur ad hanc ducendam, quam ad illam.

Quod quidem (inquit Pontius supra n. 5.) non omninò malè dictum est. At melius, meo judicio, dicitur, valere tunc Matrimonium cum ostensa amico, nisi etiam juvenis intentio expressè pendebat à conditione filiationis illius. Ratio, quæ me movet, ea est; quia jam intentio ferebatur in ostensam, & alia conditio se habebat tantum concomitanter: error autem qualitatis concomitans, non vitiat Matrimonium. At si expressè ejus animus determinatus esset ad eam sceminam cum illis duabus qualitatibus; quia & ferebatur in ostensam, & filiam illius hominis, verum habet quod docuit Egidius, cum nulla earum sive esset filia, sive non, potuisset contrahi validum Matrimonium. Hæc ille.

Facilis autem est responsio ad rationem Sanchii, quæ talis erat; Juvenis ille semper perstitit in eadem voluntate ducendæ filia Petri; ipsam ergo ducens, non errat in persona.

Respondeo neg. Conf. quia illa voluntas nullo modo est determinata, nisi per illam ostensionem; cum ergo non fuerit ostensa filia Petri, errat in persona, quia determinatus ejus consensus fertur in filiam Petri ostensam; nam ferri debet in aliquam determinatam, ut sit Matrimonialis, juxta supra dicta.

Quid ergo respondendum ad hunc casum, quem proponit Caramuel Theol. fundam. I. part. n. 1339. impressiois francofurtensis, hisce verbis: Erat Romæ Sempronius homo Germanus dives, sed non nobilis. Reperit ibi unam sceminam alto nomine præditam, quæ se dicebat filiam Comitis N. fugisse parentum tyrannidem, vel le nubere. Cognoscebat Sempronius Comitem, sciebat illum habere filiam, quæ rigorem & domum pertæsa ad Monialium Asceterium confugerat. Credit hanc esse, & illam in uxorem ducit. Revertitur in patriam opinione jam sua comes factus; at ibi reperit Comitis filiam adhuc hæere apud Moniales, & hanc esse meretriculam quandam, quæ casta & nobilis virginis nomen sum-

92. Quartus casus in quo Coninck putat Matrimonium invalidum, contra Sanchium.

Limitatio Pontii.

93. Resp. ad rationem Sanchii.

94. Quintus casus ex Caramuelo.

fumpferat. Quid faceret? Matrimonium esse nullum vociferatur: at Juristæ dicunt fuisse errorem in qualitate (hoc est in divitiis, in nobilitate, fama, &c.) adeoque Matrimonium tenere. Ita Caramuel.

95.
An bene dictum fuerit, Matrimonium in eo tenere? Responso Caram.

Quid, inquam, respondendum ad hunc casum? Nunquid verè dixerunt Juristæ, Matrimonium tenere? Audiamus eundem Auctorem in sua Theologia resolutiva n. 2027. impressionis Francofurtensis. Hinc, inquit, patet, in contractu Matrimoniali absoluto, errorem in persona esse substantialem; errorem autem in nobilitate, divitiis & cæteris prærogativis, non esse circa substantiam hujus contractûs; quia, ut vidimus, ad hujusmodi res non extenditur; sed esse fortè ad substantiam alterius contractûs concomitantis, qui irritari poterit, non irritato, immo nec rato valore Matrimonii.

Consultò dixi: *In contractu Matrimoniali absoluto*: illa enim, quæ non possunt ingredi in objectum contractûs Matrimonialis absoluti, possunt se habere per modum conditionis sine qua non: Petrus enim, qui non potest dicere: *Duco in uxorem pecuniam Mariæ*, bene potest dicere: *Duco Mariam in uxorem*, si verum est, quòd de factò habeat tantam pecuniam. Hæc ille.

96.
Contra quam arguit Bona Spei.

Sed contra arguit Bona Spei hîc disp. 7. n. 36. si conditio, nobilitas &c. personæ sit causa principalis motiva contractûs Matrimonialis, error antecedens conditionis, nobilitatis &c. redundat in errorem personæ, uti omnes fateri debent; quia intentio principalis non est ducere filiam præcisè; sed filiam, quæ talis conditionis, nobilitatis &c. & consequenter ille error est contra substantiam contractûs Matrimonialis; non verò solum contra contractum civilem concomitantem de tali conditione, nobilitate &c. qui solus, illo stante valido, irritari possit: nam si conditio de nobilitate, divitiis &c. *Si verum est, quòd sis nobilis, dives, &c.* expressè adjecta, non subsistens, contractum Matrimoniale irritet, & non solum civilem concomitantem; non est, cur causâ principalis motiva de nobilitate, divitiis, &c. adjecta, Matrimoniale non irritet, sed solum civilem concomitantem; quandoquidem causâ hæc apud omnes prudentes sit æquivalenter talis conditio, quæ proinde non minus, quàm hæc, ad Matrimoniale contractum pertinere debeat; unde ibi duos contractus sine necessitate & fundamento ponere, est superfluum, nec indè D. Caramuel modum, quem non omnes DD. dicit tangere, ipse tangit. Hætenus Bona Spei.

Ego autem puto, posse dari casum, in quo error ille conditionis possit irritare contractum concomitantem, salvo manente Matrimonio; v. g. si vir ignobilis, & senex,

putaret se contrahere cum uxore nobili, & juvencula, & idèò constitueret ei dotem, si reverà uxor non est nobilis aut juvenula, contractus ille concomitans foret irritus, remissi valeret Matrimonium.

Sed dicit aliquis: nondum audivi resolutionem casûs, propositi à Caramuele. Avertat aperi, & confestim audies. Si Sempronius in actualiter aut virtualiter, juxta superius dicta, erat constitutus, ut nollet contrahere, si non esset filia talis ducis, liquet manifestè, Matrimonium non fuisse validum. Sed quæ Sempronius non poterat illam dispositionem seu voluntatem, actu vel virtute conditionatam, in foro externo probare, ut suppono, idèò Juristæ dixerunt, fuisse errorem in qualitate, adeoque Matrimonium tenere, saltè in foro externo.

Quidni etiam in interno? Siquidem Sempronius illam personam, secundum communem modum loquendi, in se vere cognoverat, antequam contraheret. Verum quippe est, quòd non semel, sed plures cum illa familiariter egerit, adeoque non videtur fuisse determinatus ad concipiendum certam personam, ex conceptu illius qualitatis, quæ nobilitatis, sed ex ista consuetudine; ut proinde non putaverit eam esse aliam ab ea, quacum egerat, sed solum putaverit eam talis qualitatem convenire, quæ reverà non conveniebat.

Sed contra facit: quòd filia talis Coninck per famam ei prius esset singulariter nuntiata, videtur supponi in casu, ibi: *Sciebat illam ducere filiam, quæ rigorem & domum Matrimonialium Asceterium confugerat*. Ergo, secundum Coninck supra, per illam narrationem, quæ ipsa narrabat, de se solum filiam, determinatus fuit, ut hanc particulari sibi ducendam proponeret, & non ex præsentis conversatione. Ergo, secundum Coninck, illud Matrimonium in foro exteriori non videtur tenuisse.

Quod & resolvit Caramuel, desuper interrogatus, ut ipse refert in Theologia mentali n. 1340. ubi conatur ostendere sensum Matrimoniale Sempronii consistisse in libertate, eo quòd esset unicum medium necessarium ad finem intentum, scilicet acquirendi nobilitatem, quæ inter se opponitur ignobilitatis electioni.

Secundò; Titiam non fuisse amantissimam solum se, & quæ bonam; mala enim esse, sed quæ utilem; tenendumque (inquit) illam verè fuisse volitam in uxorem, quia vere illa erat utilis, si duceretur, ad nobilitandam Sempronii familiam, illumque cum domo illa illustrissima conjungendum. Ab eo qui non solum illa est inutilis ad istum finem, sed & positivè infert nocumentum oppositum: nunquam igitur in uxorem voluit.

est. Ergo videtur evidens, quod defuerit consensus, & illo amoto, evidens est, Matrimonium illud fuisse nullum. Hæc ille.

Atque ut fuisse Matrimonium validum, nunquid peccaverat mortaliter Titia, decipiendo Sempronium in illa qualitate? Audi Pontium lib. 4. cap. 21. num. 14. denique (inquit) addendum est, eum, qui decipit in aliqua qualitate, si deceptio gravis sit, aut notabilis, peccare mortaliter, nisi vel excusetur à peccato mortali bonâ fide, vel occasione alicujus majoris boni, quod sequitur ex illo Matrimonio, ut, si aliqua, quæ virgo non est, existimat bonâ fide non esse peccatum, sic nubere. Minus autem ea obligatur, si non ab alio, sed à seipsa corrupta fuerit. Undè Confessarius, si videt bonâ fide contrahere eum, qui decipit, aut tantum bonum sequi ex illo Matrimonio, ut deceptus non esset rationabiliter in vitus, non tenetur admonere, maxime si non sperat fore, ut ille, qui decipit, desistat à contrahendo. Hæc ille.

Ego credo: Titiam fortè non peccasse mortaliter, decipiendo Sempronium (nisi propter graves diffensiones, & scandala, quæ nata erant ex tali provenire Matrimonio) sciebat namque Sempronius, si verum erat, quod Titia narrabat, se indignum esse tali Matrimonio, & idèdè minime contrahere debuerat contra voluntatem parentum Titia; cogitavit ergo & ipse decipere, & deceptus fuit. Sibi ergo imputare debuit, quod loco nobilitatis, acquisiverit ignobilitatem, non satis inquirendo conditiones & mores Titia, prout debebat, spe allectus acquirendæ nobilitatis.

Sed nunquid probè jam sciens, eam esse meretriculam, quam putaverat virginem, tenebatur Matrimonium consummare? Negat Vivaldus apud Sanchez lib. 7. disp. 18. num. 20. quia, inquit, cogerebatur incurrere irregularitatem bigamiæ, accedendo ad corruptam sponsam, ut notat (& benè) Hugo in cap. Raptor, 27. q. 2. quem refert & sequitur Sylvester. verb. Matrimonium, 8. q. 1.

Sed, ut rectè notat Sanchez, hi Auctores solum loquuntur de sponsa de futuro, quod & alii plures docent, & nos cum ipsis docuimus proprio loco. Ergo etiam idem dicendum de sponsa de præsentem, negatur Consequentia: siquidem non omnis error, qui sufficit, ut sponsalia dissolvantur, sufficiens est, ut solvatur Matrimonium de præsentem, etiam solum quoad thorum. Causæ enim divortii (inquit Sanchez supra) solæ sunt, adulterium corporale aut spirituale, aut sevitia alterius conjugis, & hæc non est causa perpetui divortii, ut suo loco videbimus. Dicamus ergo cum

Sancho, Sempronium omninò debuisse consummare Matrimonium, supposito ejus valore, non obstante irregularitate bigamiæ; sibi etenim imputare debuit, quod non maturius vitam & mores Titia investigaverit, antequam de præsentem cum ea contraheret.

Alia quæstio est; an Parochus qui, sciens dolum & deceptionem Titia, præfens fuisse illi contractui, incurrisset triennii suspensionem, cap. fin. de Claud. dispensatione? Affirmat Majolus l. 3. de Irregular. cap. 25. num. 14. ubi de impedimento erroris, eò quod dolose assistat interdicto Matrimonio.

Sed illi (inquit Sanchez supra num. 22.) non fidem habeo. Quia caput illud finale, §. ult. dum imponit triennii suspensionem Parocho, assistenti Matrimonio interdicto, non loquitur de quocumque Matrimonio, in quo aliqua culpa intervenit, sed de solo interdicto à jure vel à iudice, ut probavi lib. 3. disp. 48. num. 5. at in hoc casu nulla juris aut iudicis prohibitio adest. Hæc ille.

Subferibo ego verba illius §. Sane si Parochialis Sacerdos tales (scilicet, inquit Gloss. ibi, post allegatum impedimentum) conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpa qualitas postulaverit. Sed his qui taliter præsumpserint; etiam in gradu concessio copulari, condigna penitentia injungatur.

Ubi Gloss. verb. Penitentia, ait: Nota, quod puniuntur contrahentes, & tamen nullum subest impedimentum: sed illud idèdè fit, quia contrahunt contra interdictum Ecclesie; undè puniuntur non propter impedimentum, sed quia mandatum Ecclesie contempserunt. Ergo secundum Gloss. ille §. solum loquitur de Matrimonio, ab Ecclesia interdicto, quale non erat Matrimonium Sempronii cum Titia.

Porrò si à me quæritur; an falsa existimatio impedimenti dirimens, sit error circa substantiam Matrimonii? Respondeo:

CONCLUSIO III.

Stat validus consensus matrimonialis cum falsa opinione consanguinitatis.

Hæc Conclusio potius indiget explanatione, quam probatione. In primis autem certum esse debet, & apud omnes certum est; Matrimonium valere, quando cum errore facti conjungitur error juris, id est, si contrahentes nesciant consanguinitatem esse impedimentum dirimens; quia tunc nullate.

102. An in eo casu Parochus incurrisset penam cap. fin. de Clau. disp. Majolus Sanchez.

103. Videtur quod non.

104.

tenus deficit consensus. De hoc ergo Matrimonio non queritur. De quo ergo?

Cases Con-
clusionis.

Coringit aliquos existimare, se teneri aliquo impedimento dirimente, v.g. consanguinitatis, cum tamen non teneantur, & sub eo errore contrahunt, probè scientes, Matrimonium inter consanguineos subsistere non posse. Nunquid valet Matrimonium sic contractum? Et ratio dubitandi est; quia non apparet qualiter veram intentionem ineundi Matrimonium habeant, qui illud sibi impossibile esse putant.

Raria dubi-
tandi.

Sanchez.

Et idèd (inquit Sanchez lib. 2. disp. 33. n. 1.) duplex est sententia, Prima, satis probabilis, asserit, non esse Matrimonium defectu consensus. Secunda sententia, probabiliter (inquit idem Auctor n. 2.) affirmat valere Matrimonium. Ego tamen (ait Pontius lib. 4. cap. 23. n. 1.) existimo, non esse inter has sententias discrimen re ipsa, neque Thomam Sanchez ab illis, qui primam tenent dissentire, si res ista distinctè explicetur. Hæc ille. Et idèd ego consultò dixi, hanc Conclusionem potius explicatione, quàm probatione indigere. Conciliatio autem utriusque sententiæ patet ex solutione argumentorū.

Pontius.

Itaque probatur prima sententia, Primò ex l. 15. ff. de Acquir. hæred. Is, qui putat se necessarium (hæredem) cum sit voluntarius, non poterit repudiare, nam plus est in opinione, quàm in veritate. Ergo similiter, credens se ratione impedimenti, quod falsò esse credit, non posse validè contrahere, non legitime contrahet.

105.

Probatur
Matrimonii
tali casu non
valere, ex l.
15 ff. de
Acquir. hæ-
red.

Respondet Sanchez suprà n. 4. cum Covar. 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 7. num. 2. opinionem præferri in eo casu veritati; quia ad eum actum est necessarium agentem scire, ex qua causa & quo jure eundem actum agat, ut ibi notat Jafon. At in Matrimonio (inquit Covar.) non est necessarium, contrahentem illud, certò scire, nullum subesse impedimentum ad contrahendum. Sat enim est illud impedimentum non subesse, & contrahentem consentire Matrimonio, etiam refragante lege Canonica, quæ illud prohibet inter consanguineos.

Resp. San-
chez & Co-
var.

Sed hoc est, quod queritur; an contrahens cum isto errore possit verè consentire. Et quòd non, probat prima sententia secundò: quia sic erratur circa Matrimonii substantiam, cum conjuges existiment, sibi impossibilem esse corporis traditionem. Quomoddò ergo in eam verè possunt consentire? Quippe (& est tertia probatio) voluntas non potest ferri in impossibile, ut juris còscius, qui Sacerdos non est, nequit intendere consecrare.

106.

Secunda
probatio.

Respondet Sanchez suprà: Ad 2. negatur, errorem circa valorem Matrimonii illud irritate, ut constat in aliis Sacramentis. Ad 3. dic, non posse voluntatem ferri omninò ab-

Tertia.

107.

Resp. San-
chez.

Solutè in impossibile, benè tamen sub conditione, inquantum potest. Infero ego; ergo saltem aliquod judicium, seu aliqua cognitio requiritur possibilitatis, quæ contrahentibus occurrat, fortè se non teneri eo impedimento, & per consequens, fortè validè posse contrahere, & hoc hinc judicio seu admisso, non est verisimile, Actores aliquos voluisse negare valorem hujusmodi Matrimonii; sed supponit primam sententia, quòd contrahentes omninò absolute judicent, Matrimonium inter eos esse impossibile propter impedimentum, quod sibi subesse putant, & nihilominus velle ad eum contrahere, quidquid jus resistat. Quod impossibile est intentio contrahendi sub conditione, inquantum possunt, & idèd non potest valere Matrimonium. Et si oppositum intendit Th. Sanchez (inquit Pontius suprà n. 2.) planè falsum est, & ejus argumenta nequaquam id probant.

Sed nunquid oppositum intendit Th. Sanchez? Audiamus ipsum pro se loquentem. Secunda, inquit, sententia probabilior affirmat, valere Matrimonium, si contrahentes intendunt, quantum in seipsis est consentire; quæ hæ personæ sunt reverà habiles ad contrahendum, & intendunt quatenus possunt contrahere; ergo verè contrahunt. Ecce primum argumentum. Sed quomoddò intendunt, quatenus possunt contrahere, si nullum habent conceptum possibilitatis? Ergo primum argumentum postulat cognitionem possibilitatis.

Secundum argumentum est tale: Quodstante hoc errore est possibilis consensus, constat ex cap. 1. de Sponsal. in expresso, ubi deciditur, ex sponsalibus traditione consanguinitatis, vel alienatione consentus; oriri publicam honestatem, modò consensus; ergo supponit textus possibilis esse consensus cum impedimento dirimente. Respondet Pontius suprà, Primò intelligi eum textum, quando ignoratur impedimentum, & ita eum ea ignorantia posse esse consensus. Deinde, inquit, potest intelligi eum textum, quando contracta sponsalia sunt in ordine ad Papæ dispensationem, sub ea conditione, & Pontius solum dispensare; fuit enim tunc sufficiens consensus ad sponsalia, conditionatus tamen, ita potuit ex illis, licet nulla remaneret conditione impedimenti, oriri publica honestas cum non fuerit consensus absolutus, sed conditionatus. Hæc ille.

Sed contra primam responsionem. Hæc sunt verba textus: Ex sponsalibus pariter, certis, etiam si consanguinitatis, affirmatis, spon- ditatis, Religionis, aut aliis quavis ratione nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consentus, oritur effectus ad impedivendum &

111

B
Sacramentum

mendam sequentia sponsalia aut Matrimonia, non autem ad precedentia dissolvendum, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis. In quibus verbis nulla fit mentio ignorantia; ubi autem jus non distinguit, neque nos distinguere debemus, absque evidenti ratione, quæ hic non apparet; potuit enim Ecclesia merito velle, ut ex sponsalibus, etiam contractis cum notitia impedimenti, oriretur iustitia publicæ honestatis; quia licet revera non essent sponsi, tamen pro illis habiti fuerunt, & haberi voluerunt ab ignorantibus impedimentum.

111. Reponunt Aliqui: distinctionem colligi ex illis verbis: *Dummodo non sint nulla ex defectu consensûs*; jam autem quando scienter contrahunt, ille consensus contra jus, habetur pro non consensu; arg. leg. *Non dubium*, §. Cod. de Legibus, ibi: *Nulum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutam, qui contrahunt, lege contrahere prohibente*; ac proinde tunc sponsalia illa erunt irrita ex defectu consensûs. Ergo de hujusmodi sponsalibus non loquitur illud jus, sed illis tantum, quæ contrahuntur cum ignorantia impedimenti. Video sic posse sustineri primam responsonem Pontii.

112. Sed quomodo valere possit secunda responso non capio, utpotè exprelsè repugnans verbis textûs ibi: *Ex sponsalibus puris*, id est, non conditionatis: Nam (ut ait Gloss ibi verb. *Puris*) *Conditionalia non inducunt publicæ honestatis iustitiam, ut dicitur in fine*, qui talis est: *Ille vero, qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis eventum cum alia prioris consanguinea per verba contraxit de præsentibus, cum secunda remanere debeat; cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicuti consensus non habentibus & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur*. Ergo in principio illius cap. per sponsalia, ex quibus oritur iustitia publicæ honestatis, non possunt intelligi sponsalia conditionata seu contracta sub hac conditione: *Si Pontifex dispensaverit*.

113. Demus itaque, præfatum textum loqui, sicuti revera loquitur de sponsalibus puris seu absolutis, & non conditionalibus, idque contractis, etiam cum scientia impedimenti, quod saltem probabilius est, ut suo loco videbimus; nunquid ex eo bene sequitur: ergo cum falsa opinione impedimenti potest stare consensus matrimonialis?

Nequaquam: quippe consensus matrimonialis debet esse internus, ut autem sponsalia non sint nulla ex defectu consensûs, sufficit, secundum Sanchium, quod quis exterius consentiat.

Et dato, quod sufficeret defectus consen-

sûs interni, hoc intelligendum est, quando, si adesset consensus internus, sponsalia forent valida, ut sensus sit: ex sponsalibus puris & certis non oriri iustitiam publicæ honestatis, quando ex solo defectu consensûs sunt nulla. Paret ex Gloss. verb. *Consensûs*, quæ sic ait: *Putà contracta ab infante vel furioso*, quæ, secluso quocumque alio impedimento, sunt nulla. Undè tametsi infans vel furiosus exterius contraheret sponsalia instar aliorum; equidem, quia defectu consensûs interni sunt irrita, non oriretur ex eis iustitia publicæ honestatis, quia tales sunt incapaces consensûs ex natura rei.

Hinc ead. Gloss. in positione casûs sic ait: *Nota, quod ex sponsalibus nullis, dummodo non sint nulla ex defectu consensûs, oritur publicæ honestas: idè si Monachus vel Presbyter contraheret, aliquis consanguineus Monachi vel Presbyteri, non posset eam habere in uxorem*; ex quo illa sponsalia non fuerunt nulla ex defectu consensûs, quia Monachus habet consensum; quia consensus est de jure naturali in l. 1. ff. de Pactis: idè illa sponsalia non sunt nulla ex defectu consensûs, sed sunt nulla propter susceptionem Ordinis sacri. Quia videlicet Monachus jure naturæ est capax consensûs, quàmvis jure positivo consensus ejus sit invalidus, & quasi nullus.

Imò stante judicio omnimodæ impossibilitatis contractûs, videtur impossibilis consensus efficax pro illo tempore, quo contractus est impossibilis, quàmvis possit sibi in illo contractu complacere, & etiam efficaciter velle, quantum est ex se, id est, supposita ejus possibilitate, quæ fortè latet, & casu quo fieret possibilis.

Non ergo negamus; aliquem consensum posse stare cum opinione falsa impedimenti, scilicet, volo contrahere Matrimonium, casu quo possim quoquo modo contrahere; sed dicimus, non posse stare absolutum consensum in traditionem corporis, quæ apprehenditur omninò impossibilis, & sub illa apprehensione. Atque hæc satis de secundo argumento Sanchii.

Tertium sumitur ex Clement. un. de Consang. ubi excommunicantur contrahentes in gradu prohibito, quod non aliter fit, quàm supposito, posse esse consensum, eo enim deficiente, non incurritur illa excommunicatio. Ita Sanchez.

Respondet Pontius, suprà n. 3. Punire in illa Clementina factum ipsum scienter & cum præsumptione, sive fuerit aliàs consensus sufficiens, sive non: id enim ad pœnas excommunicationis non pertinebat, cum non puniantur sic contrahentes propter consensum, quem Ecclesia punire non potest, sed propter effectum ipsum, & Matrimonium exterius contractum. Hæc ille.

114. Monachus habet hic consensum.

115. Tertii arg. Sanchii, de sumptum ex Clem. un. de Consang.

Resp. Pontii.



116.
Expenditur
d. Clement.

Subdo verba Textus: Eos, qui divino timore postposito, in suarum periculum animarum, scienter in gradibus consanguinitatis & affinitatis, Constitutione Canonica interditiis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: nec non Religiosos & Moniales ac Clericos in sacris Ordinibus constitutos, Matrimonia contrahentes, refranare metu poenae ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes: ipsos excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subjacere: Praecipientes Ecclesiarum Praelatis, ut illos, quos eis consiterit taliter contraxisse, excommunicatos publice tamdiu nuntient &c.

Porro exterius solum ita contrahere, nisi subit justa causa, temeritatis audacia est, cum sive interius consentiat, sive non; propterea non minus peccet, si habeat animum, illud Matrimonium externum consummandi. Et quale scandalum reperitur in illo Matrimonio externo, sive ad sit consensus internus, sive non. Semper autem ad sit consensus, ut suppono, in actum illum externum, qui consensus simul cum isto actu dignus est, ut puniatur tali poena, & probabile est, quod de facto puniatur.

Quod ergo dicit Sanchez: Deficiente consensu non incurritur excommunicatio, verum est de consensu libero in actum externum Matrimonii; illo enim deficiente propter ignorantiam, vel aliam causam, indubie non incurritur excommunicatio, cum tunc ille contractus exterior non sit peccaminosus.

117.
Ultimum
arg. Sanctii.

Restat ultimum argumentum Sanctii, ut puta: Quia si haereticus credat, baptismum esse rem irritoriam, nilque valere, verè baptizet, si verè intendat facere, quod potest, & intendit Ecclesia, ut farentur omnes, & ita cum errore valoris baptismi est composibilis consensus; ergo similiter in nostro casu, quamvis hi errent, credentes non valere Matrimonium, possunt habere legitimum consensum, eumque habent, si intendant facere, quod possunt, & intendit Ecclesia.

Ostenditur
non esse sufficiens, ex
Pontio.

Sed neque haec probatio (inquit Pontius supra n. 4.) sufficiens est. Quia idem in haeretico potest esse voluntas, & illa intentio faciendi, quod facit Ecclesia; quia in ejus intellectu praecedunt duo judicia, unum speculative, quo speculative judicat, Baptismum esse rem irritoriam, & ita sibi persuadet. Aliud verò practicum, quo cognoscens Ecclesiam aliud docere, judicat per extrinseca principia, hic & nunc illud agendum, & idem vult agere; nam cum solo primo judicio, nequaquam posset sequi is actus voluntatis. At in nostro casu, si certè credunt contrahentes, subesse impedimentum, quamvis falsò, & simul sciunt cum eo impedimento non posse Matrimonium consistere, non possunt habere eum consensum contrahendi,

Si possunt, nisi praecesserit etiam in intellectu simul cum illo judicio aliud, quo judicent, posse ipsos falli in ea persuasione, & ita velint contrahere, si quo modo possunt.

Est etiam (prosequitur n. 5.) manifestatio ratio pro nostra sententia. Quia intentio non potest sequi in voluntate, nisi juxta id, quod in intellectu praecessit, neque contra actum intellectus perleverantem, potest quicquam voluntas intendere. Ergo cum in intellectu solum sit cognitio vera juris, & nulla alia de dubio facti, non potest esse intentio contrahendi, si possunt. Quam enim cognitionem sequetur ea intentio?

Explico à simili ex doctrina communis materiae de conscientia. Potest, qui sibi in duabus opinionibus persuadet contra actum falsam, contra propriam conscientiam operari, quia aliàs habet judicium aliud, scilicet per intrinseca principia, oppositum est probabile, & posse operari juxta opinionem probabilem. At si tale judicium non esset, non posset operari contra illam, sed necesse est sequi judicium illud, cum non esset sufficiens aliud principium in intellectu, unde alius actus in voluntate sequi possit. Ergo idem in nostro casu dicendum est. Hucusque Pontius.

Existimat itaque hic Auctor, ut consensus, praestitus cum falsa opinione impediendi, valeat, oportere, ut contrahentes inter illam falsam opinionem, aliam habeant, quâ ipsis occurrat, forè se non tenerent impedimento; ita ut consensus eorum non conditionatus, qui sic explicari potest: *Si teneamur impedimento, & jus resistat, tunc si forè potest injuri inter nos Matrimonium, consentimus in illud.* Quod est idem, ut dicentur: *Volumus facere totum quod possunt, etiam: Volumus facere, quod facit Ecclesia, quod faciunt alii ceteri, quando contrahunt Matrimonium.* Certum quippe est, has voluntates non posse dirigi eo judicio falso, de impedimento seu invaliditate Matrimonii cogitandi; nam idem esset, ac si dicerent: *Volumus valide contrahere, quod facit Ecclesia, & faciunt alii ceteri, quia scimus subesse impedimentum, quod patet esse falsum.*

Quare ergo volunt facere, quod facit Ecclesia, & quod ceteri faciunt? Respondetur, quia cogitant, forè se posse valide contrahere, & per consequens posse facere, quod facit Ecclesia, & quod ceteri faciunt.

Nec idem dici debent formidare de impedimento; quia cum morali certitudine, potest stare physica aliqua incertitudo de proposito, quæ proprie non potest dici formido, scilicet cum fundamento in re, & nihilominus hæc vana formido sufficiens est, ut homo dicat: *Volo absolute contrahere, si verè possim contrahere.* Et hæc tenet quidam

B
Sac
pa

de Matrimonio, inito ex errore. Sequitur altera pars hujus Sectionis, in qua agitur de Matrimonio inito ex metu, pro quo pono sequentes Conclusiones.

CONCLUSIO IV.

Non vitatur Matrimonium ex metu iuste incusso.

121. Non est nostræ intentionis, hinc tractare de omnibus contractibus, sive gratis, sive onerosis, ex metu initis, quia hoc spectat ad tractatum de Justitia & jure, ubi naturâ contractus in genere & in specie à DD. communiter explicatur; sed de solo contractu Matrimoniali, qui proprius est huic loco, & proprias habet considerationes, propter suam singularem difficultatem, & indissolubilitatem, quæ sunt in causa, ut videatur requirere etiam majorem libertatem, quam alii contractus, qui semel validi facile dissolvi possunt, vel ab ipsis contrahentibus, vel auctoritate Reip. ut proinde non semper valeat argumentum à validitate vel invaliditate aliorum contractuum, ad validitatem vel invaliditatem Matrimonii.

122. Hinc qui affirmant, ad valorem aliorum contractuum sufficere consensum debitum; negant tamen, eum sufficere ad valorem Matrimonii; & qui affirmant, metum gravem, etiam injuste incussum, non irritare jure naturæ alios contractus onerosos; nihilominus docent, ejusmodi metum irritare jure naturæ Matrimonium, ut infra videbimus.

Itaque metus vel à principio reddit Matrimonium invalidum, vel non relinquit in validandum; contrarium in aliis contractibus sæpius evenit; videlicet, ut quàmvis à principio validi sint, tamen ratione metus seu coactionis postmodum rescindantur. Sicut etiam dolus vel à principio invalidat Matrimonium vel non relinquit invalidandum, quàmvis alii contractus dolo inito, non rard à principio validi sint; rescindibiles tamen ratione doli, sive per judicem, sive per ipsum, qui ex dolo contraxit. Ratio differentie jam est assignata: quia Matrimonium semel validum, ex se, secundum præsentem Dei institutionem, est indissolubile, & ideo meriti majorem videtur requirere libertatem, ut à principio valeat.

123. Quod ergo hinc queritur est; an metus tollat illam libertatem? In jure æquiparantur dolus & metus, uti & vis; argumento cap. Cum contrahat, 28. de Jurejurando ibi: Hujusmodi juramenta sine vi & dolo sponte præstita. Et leg. 5. Cod. de Inutilib. stipul. Dolo vel metu adhibito; actio quidem nascitur, si subditi stipulatio sit &c. Item l. ff. Quod me-

ius causâ &c. *Aut Prætor*: Quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. *Olim ita edicebatur*: Quod vi metusque causâ. *Vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impostam, contrariam voluntati: metus, instantis, vel futuri periculi causâ mentis trepidatione. Sed postea detracta est vis mentio, ideo, quia quodcumque vi atroci sit, id metu quoque fieri videatur.*

Metus itaque communiter definitur ex hac lege, ut nihil aliud sit, quàm; Instantis, vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. Quæ definitio competit omni metui; putâ, concussivo, qualis est is, qui per minas infertur; impressivo, qui dicitur metus facti, ut cum actu interveniunt verbera, vel carcer; compulsivo potentie, quando metum inferens est vir potens in Republica; reverentiali, ut filii erga patrem, uxoris erga virum; & metu perfidie, quando scilicet perfidie timore aliquid datur, ut si morbo laborans, prodigè largiatur medico, timens ne perfidè mèdeatur; vel clientulus caudifico eodem timore.

Convenit etiam metui gravi, id est, qui cadit in virum constantem; & metui levi, qui non cadit in virum constantem. Plura autem hic occurrerent dicenda de metu gravi, sed illa reservo pro sequenti Conclusionem, quia ad veritatem præsentem perinde est, si ve metus sit gravis, sive levis, dummodo iuste incussum sit.

124. Querit autem aliquis à me, quid sit vis? Respondeo per leg. 2. ff. Quod metus causa *Vis est majoris rei impetus, qui repelli non potest.* Notat autem bene Gloss. l. 1. ff. eod. verb. *Vi atroci*. aliam esse vim compulsivam, vel etiam inquietivam; aliam expulsiivam seu ablativam, vel turbativam. Et quidem non definitur ibi vis, ut notat Gloss. verb. *Non potest, compulsiva; quia ei resisti potest, licet cum periculo, Cod. de Hered. instit. l. Cum proponas. vel subaudi, commode.*

125. Vis ergo compulsiva, uti & metus, de quibus agitur in isto titulo juris, & nos agimus in præsentem Conclusionem, admittunt aliquem consensum voluntatis, ut notat etiam Gloss. in leg. 1. verb. *Voluntatis*, dicens: *Scilicet spontaneæ: nam quedam voluntas inest in metu, ut infra eod. l. Si mulier §. Si metu. Sic idem est volens & nolens secundum leges.*

126. Ex quo patet, quid sit vis expulsiiva, seu ablativa, vel turbativa, scilicet, quæ aufert omnem consensum voluntatis. De qua utique vi, ita differit Doctor Subtilis 4. dist. 29. q. unica: *Utrum consensus coactus sufficiat ad Matrimonium contrahendum?* Sic, inquam, scribit n. 6. *Ad questionem igitur duo sunt videnda; primo qualiter possit esse consensus coactus; secundo, si ille sufficiat ad contractum Matrimonii. De primo, contraditio est, voluntatem*

tem simpliciter cogi ad actum volendi, quia cum violentum sit, ex 3. Ethic. Cujus principium est extra, non conferente vim passio, intellige passio vim, id est, violentiam non conferente, non negativè, sed contrariè, id est, conferente, quod est dictum, violentum est, quod est totaliter à principio extrinseco, quod est contra inclinationem passio, & velle non potest sic inesse voluntati, quia tunc nolens vellet, vel volens nollet, & sic sequitur propositum.

Potest ergo habens voluntatem cogi ad aliquam passionem, utpote ligatus sic cogitur remanere: vel ad aliquam actionem instrumentalem, quæ tamen non est actio sua, utputa, si aliquis manu meâ percutiat, ira posset facere manu arca.

Atque hæc est vis expulsiua, vel absoluta, ut alii eam vocant, quæ violentum simpliciter, & omninò coactum, ac contrarium voluntati efficit, & idèd excusat ab omni peccato. Hoc modo violentus esset motus Christiani, quo raperetur, vique traheretur ad Idoli templum, ejusque manus vi corripere ad thuribulo adolendum Idolis, omninò repugnante voluntate, qui proinde motus nullum esset peccatum. Neque dubitandum quin, si aliquis hoc modo cogeretur, ad ponendum signum externum consensûs interni Matrimonialis, nullatenus valiturum hujusmodi Matrimonium, sive justè sive injustè id fieret. Unde de tali coactione seu violentia vel vi non disputatur, sed extra controversiam est. Ut etiam illa vis, vel iste metus, qui ita turbaret animum hominis, ut omninò tolleretur libertatem consensûs, tollendo omnem advertentiam ad id, quod agitur.

De qua ergo vi hîc disputatur? De violentia seu vi compulsiva, vel, ut alii vocant, conditionali, quæ relinquit voluntarium simpliciter, & solum causat involuntarium secundum quid, de qua Scotus suprâ subjungit: *Sed ad actionem voluntatis elicitam vel imperatam, quæ proprie est actio humana, non potest cogi, nisi secundum quid, metu scilicet majoris mali, quam sit ille actus.* Sicut autem non cogitur, nisi secundum quid, ita etiam illa actio humana non debet dici simpliciter involuntaria, sed solum involuntaria secundum quid; quia videlicet, si ille metus abesset, voluntas nollet facere, quod jam vult facere, & ita coactè vult; arg. legis *Simulic. 21. ff. Quod metus causâ. §. 5. Si metu coactus adii hereditatem, puto me heredem effici; quia quamvis si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui.*

Non coactus simpliciter, sed tantum secundum quid; & idèd illa voluntas debet dici simpliciter voluntaria; quidquid aliqui reclamant, causantes, talem voluntatem potius simpliciter dicendam esse involunta-

riam, & tantum voluntariam secundum quid; arg. cap. *Majores.* de Baptismo. *§. Item quaeritur, vers. Propter quod, ibi: Is qui terroribus atque supplicii violenter attrahitur ad Baptismum tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad observationem fidei Christianæ.*

Sed quaestio est de nomine, & idèd non immoror. Res eadem est, scilicet, voluntatem sic velle in his circumstantiis rerum, ut tamen mutatis circumstantiis absolute non vellet. Ac proinde spectatis his circumstantiis absolute vult, quamvis in apprehensione aliarum circumstantiarum absolute non velit. Hinc Gloss. in d. cap. *Majores:* *reth. Conditionaliter volens,* loquens de eo, qui in invitum suscepit Ordines sacros, ait: *Satis dicitur, quod continere compellatur, qui tamen quodammodo invitum Ordinem suscepit, nolens tamen fuit.* Ubi, ut vides, vocatur simpliciter volentem, & quodammodo id est, secundum quid, invitum.

Triplici sanè modo aliquid potest simpliciter voluntarium, ut notavi *Disput. I. Sect. 3. Conclus. 4. n. 102.* Primo modo dicitur simpliciter voluntarium, quod nullum habet de involuntario. Secundo modo, quod plus habet de voluntario, quam involuntario. Et tertio modo, quod fit independentè ab aliqua circumstantia, impediendè. Licet ergo quod fit ex metu, non sit voluntarium secundo modo, & aliquando etiam tertio. Vide dicta loco citato. Hoc certum est, quod fit ex metu, non sit voluntarium primo modo, est tamen simpliciter voluntarium secundo modo, & aliquando etiam tertio. Vide dicta loco citato. Hoc certum est, quod fit ex metu, non sit voluntarium primo modo, est tamen simpliciter voluntarium secundo modo, & aliquando etiam tertio. Vide dicta loco citato. Hoc certum est, quod fit ex metu, non sit voluntarium primo modo, est tamen simpliciter voluntarium secundo modo, & aliquando etiam tertio. Vide dicta loco citato.

Notandum duplicem esse metum: unum est incussum ab intrinseco, vel à naturali, ut à morbo, tempore, &c. animalibus, quia ab his incutitur per naturam naturæ; id est, non per actum liberum. Aliud verò est ab extrinseco, id est, à causa libera, ut dum quis incidit in latrones, &c. comminantes.

Rursus hic metus adhuc est duplex, quod est incussum à causa libera, non gratia Matrimonii extorquendi, sed ex alio fine. Aliud verò incussum gratiâ extorquendi Matrimonium; & hic potest incuti justè, ut dum qui comminatur malum, quod justè inferre potest, ut justam delicti accusationem, vel prohibitionem. Vel injustè, ut si malum illud injustè inferat, puta, privati auctoritate succidere. Hic ergo non disputamus de metu incusso à causa libera injustè; sed de metu incusso à causa libera justè.

127.
Vis expulsiua excusat ab omni peccato, & in validat Matr.

128.
Vis compulsiva relinquit voluntarium simpliciter. Scotus.

L. 21. ff. Quod metus causâ.

C. 3. de Baptis.

cusso vel à causa naturali, vel à causa libera iustè.

Porro affirmat Conclusio, per huiusmodi metum non vitari Matrimonium. Estque communissima & verissima, quando metus provenit à causa naturali sive ab intrinseco. Ratio in promptu est; quia tunc homo voluntariè se ipso eligit Matrimonium, tanquam medium ad evadendum periculum animæ vel corporis; v. g. si quis in mortis periculo constitutus, timore ipsius mortis & inferni contrahit Matrimonium, ut liberetur à culpa fornicationis, vel ut satisfaciat injuriæ & damno fœminæ antea illato; utique valet tale Matrimonium, quia ipse sponte suâ id eligit, ad evadendam culpam, & damnationem. Et quâvis, fortalsè Deus ipse coniecisset hominem in tale periculum, & immiserit morbum, ut induceret hominem ad respicientiam, & ad eam deliberationem; tamen hoc spectat ad suavitatem & ordinem divinæ providentiæ, nec quidquam detrahit de hominis libertate, sed facit hominem suâmet libertate consentire. Ita Aversa q. 4. sect. 4. §. Si quis.

Similiter, si medici afferant, quempiam obituum ob humoris abundantiam, nisi copuletur uxori; omnes pro indubitato habent, huiusmodi Matrimonium valere; quia ille metus non incutitur ab illis medicis, sed provenit omninò vel à causa naturali, vel certè ab ipsomet contrahente, qui causavit eam abundantiam humorum; ergo nulla est ratio, quare contractus ille non valeat; arg. cap. Sicut nobis. 17. de Regular. ubi (inquit Sanchez lib. 4. disp. 12. n. 3.) votum, factum à morbo laboranti, mortis timore, dicitur obligare.

Sic incipit illud cap. Sicut nobis fuit propositum, quidam clericus cum egritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans, habitum Canonico-regularium petiit & accepit. Qui tamen compellendus dicitur ad observantiam religionis, ibi: Fraternalitatis taliter respondemus, quòd si regularem habitum se postulante suscepit, & ad observantiam Religionis canonice, suâ se Professione ligavit, ad resumendum habitum Ecclesiasticum est districtione cogendus.

Ubi Gloss. verb. De morte securus, sic ait: Sed queritur, quare aliàs timor mortis impedit monachari, supra. Quòd metus causâ Perlatum, & non hic? Respondeo: monachatur ibi, ut evadat mortem corporis, hic non monachatur ut evadat mortem corporis, sed potius mortem animæ. Nec ibi monachatur, ut evadat mortem corporis, naturaliter imminentem, vel inferendam à causa non libera, sed intentatam à causa libera. Perlatum, inquit, est ad audientiam nostram, quòd cum quidam nobilis & potens M. uxorem quam suspectam haberet,

milites sui ejus præcepto eam ad quamdam sylvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt; sed tandem pietate ducti, sub tali conditione pepercerunt eidem, quòd in monasterio de Colobris habitum susciperet monachalem. Atque hæc de metu naturali seu intrinseco.

Major difficultas est, quando metus ille incutitur ab extrinseco, id est, à causa libera licet iustè. Et quidem satis convenit inter DD. adhuc valere Matrimonium, quando ille metus incutitur à lege; quia scilicet est lex, ut violator virginis compellatur à iudice eam ducere; quia tunc iudex, juridicè procedens, non dicitur inferre metum, ut bene notat Glossa cap. Cum dilectus. 6. de his quæ vi &c. verb. Metum mortis. dicens: Iudex verò alicui non dicitur inferre metum, ff. de Extraord. cognit. l. 2. ibi: Si modò id non ex auctoritate ejus, qui iubere potuit, factum est.

Et constat manifestè ex l. Continet, 3. ff. Quod metus causâ. ibi: Sed vim accipimus atrocem, & eam, quæ adversus bonos mores fiat, non eam, quam Magistratus rectè intulit, scilicet jure licito, & jure honoris, quem sustinet. Quippe tunc Magistratus minime dicitur injicere metum, sed potius liberat à timore poenæ, virtute legis concepto; adeoque tunc nulla irrogatur injuria metum passio, cum suâ sponte delictum admittens, illi poenæ se subjecerit.

Ex quo confectaneum est, tunc metum illum potius inferri ab ipsomet contrahente, quàm à iudice compellente, ut dicitur l. Si Mulier. 21. eod. in principio: Si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingrata, cum de suo statu (secundum leges civiles) periclitabatur, aliquid patrono dederit vel promiserit, ne in servitutem redigatur, cessat edictum, quia hunc sibi metum ipsa infert. Committendo scilicet crimen, quod meretur poenam servitutis. Sicuti ergo illa promissio vel donatio, nequidem rescindibilis est, ita & Matrimonium tali metu initum, ab initio validum erit.

Confirmatur ex jure Canonico, cap. Ex literis, 2. de Sponsal. ibi: Et si non acquieverit monitis, Ecclesiasticè censurâ compellus, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali affectuone pertractet. Agitur de eo, qui juraverat aliquam ducere in uxorem.

Censet itaque Pontifex Alexander III. Matrimonium ita contractum esse validum; aliàs malè præciperet talem coactionem. Et ratio est; quia ita compellens non censetur inferre vim, & qui compellitur, irrationabiliter est ignivus; nam tenetur facere id, ad quod compellitur.

Sunt & alia jura Canonica, quæ præcipiunt Matrimonium cum stuprata vel violata; ut cap. 1. de Adulteriis. Si seduxerit quis virgi-

133. Metus incusus à lege non vitiat.

134. Probatur ex l. 3. ff. Quod metus causâ.

L. 21. eod.

135. Confirmatur ex c. 10. de Sponsal.

136. Item ex cap. 1. & 2. de Adulteriis.

131. Exempla.

Exempla.

Articuli.

132. Aliud exemplum.

133. Sicut dicitur.

134. de Regular.

135. de Sponsal.

136. de Adulteriis.

virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Item cap. 1. eod. Pervenit ad nos, quod felix quondam virginem supro deceptis: quod si verum est, quamvis esset de lege poenâ pleciendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo disponimus, ut aut quam stupravit, uxorem habeat, aut si rennuendum putaverit, corporaliter castigatus, excommunicatusque in monasterio, in quo agat penitentiam, retrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione licentia. Ubi Glossa verb. Pleciendus: Scilicet, ut reletur, vel si vilis persona fuerit, verberetur, Instit. de Pub. jud. § 2. Si autem per vim hoc fecerit, capite plectetur, Instit. eod. Sin autem. Et verb. Castigatus, inquit eadem Glossa: Secundum quod visum fuerit iudici, aliter secundum leges, ut dictum est.

Quis autem dicere potest, si violentus stuprator metu mortis contrahat Matrimonium, illud fore invalidum? Alioquin hæc & similes leges planè injustæ & inutiles forent, ut luce meridiana clarior est; nam eo ipso, quod cogunt, redderent Matrimonium invalidum.

137. Porro si hæc coactio proveniat à jure, five ab homine, æquè reddit actum involuntarium secundum quid, & æquè adversatur libertati, ad Matrimonium requiritur; ergo si valet Matrimonium, coactum à jure etiam valebit coactum justè ab homine.

Probatur ex Lugene. Ratio à priori est (inquit Lugo de Contract. disp. 22. sect. 7. n. 159.) quia sicut potest aliquis absque injuria pretium pecuniarium, vel quodlibet aliud offerre pro consensu ad Matrimonium, ita videtur posse offerre absque injuria pro pretio Matrimonii, remissionem debiti pecuniarii ingentis, pro quo possit justè debitorem vexare, ut compelleret ad solvendum: idem enim esse videtur, offerre pecuniam, & offerre remissionem debiti pecuniarii. Similiter ergo poterit pro eodem consensu offerre remissionem injuriæ & juris, quod habet ad petendum justè vindictam, & poenam in iudicio; magis enim æstimabilis est hæc remissio, quam remissio debiti pecuniarii. Ergo jure suo utitur offerens hanc remissionem pro consensu ad Matrimonium, cum faciat contractum justum, *Facio ut facias*, qui sicut in aliis materiis, sic etiam in hoc justus & licitus videtur. Hæc ille.

138. Sed contra: Metus, qui justè incutitur ob unum finem, non semper licitè incutitur ob alium; v. g. aliquis habet jus accusandi Titium, ob injuriam sibi illatam per contumeliam, vel per furtum, vel homicidium; iste potest metum accusationis incutere Titio, ut ab eo extorqueat debitam sibi satisfactionem, & in hoc casu dicitur, metum justè incutere; non tamen potest ob injuriam, sibi

illatam per contumeliam, ei minari accusationem, ut extorqueat consensum Matrimonii. Unde si hoc faciat, dicitur metum injustè incutere; nam iste metus repugnat libertati Matrimonii, & est injuriolus Sacramento, cum per hujusmodi metum Titius cogatur invitus celebrare Matrimonium, quod debet esse liberum, & non coactus; quamvis igitur (inquit Bonacina q. 3. de Matr. punct. 8. n. 10.) ille metus accusationis possit esse justus ob alios fines, nihilominus ob finem extorquendi Matrimonium est injustus.

Respondet Lugo supra n. 160. Libere consensûs non magis tollitur per metum à homine, quam à jure incussum; ergo non à injusto ille metus ex eo, quod opponitur libertati consensûs: alioquin lex etiam metu cogens esset injusta.

Deinde petitur manifestè principium dicitur contractus ille injustus, quia cogens non habet jus ad extorquendum per illud medium consensum; de hoc ipso enim queritur ratio, si quidem medium illud de se non est injustum, cur fiat injustum, ex eo, quod ordinatur ad talem finem? Alioquin, nec liceret offerre remissionem debiti pecuniarii magis, consentienti in Matrimonium; quæ eodem modo dici posset, licet remissio, vel petitio illius debiti, licita & justa sit, in quantum tamen fieri debitori, si illud medium ordinatur ad consensum obrinendum in Matrimonio: quod sicut sine fundamento ibi dicitur, ita videtur absque fundamento dici nostro casu. Hæc ille.

Contra ex Pontio lib. 4. cap. 17. n. 166. tus ille tantum inferri potest in extorquendo, quod ex eo metu legitur narum est, v. g. capto hauritur fur in furto, justè postquam in carcerem, accusationem, vincula, ut retineatur & reddat, quod furto abtulit, vel puniatur. Unde actus, qui sequuntur, ad quos justè metus ille, & secundum rationem ordinatur, & inferri potest, videtur. Nulla enim in eo sit injuria, & sibi imponitur quod se in eas angustias conjecerit.

At verò quando metum, quem justè incutitur, ad quos per se ordinatur, poenâ minari & infligere, minor & injuria est, ne ad alios, ad quos non ordinatur, inferri infero metum; nam ad eum finem inferri non possum. Unde carcere v. g. qui justè est ad compositionem faciendam inter partes, & ad restituendum, si eo ego utar ad aliquid aliud consequendum, ad quod secundum rationem ea incarcerationio non ordinatur, injustè ago, & metum injustè infero, & idem idem tunc iudicium, ac de metu impostè illato, ferendum est. Ita Bal.

Qui n. 9. inde colligit: si Patronus ultro ingratæ libertatè servitutem denuntiet, &

B
Sac
pa

det aut promittat aliquid, dici metum servituti intulisse, & ideo non valere; sicut in eo, qui dat aliquid ex minis ne prodatur. Et ideo, inquit, dicendum de medico, minante se deferturum ægrotum, quando alius non erat; inferri enim metum contra bonos mores; & virtutem, quod gestum est. Item, si iudex, aut qui accusare tenetur, minetur accusationem, nisi aliquid donet, etiam ex hac causa, quod gestum est rescindi debet, cum sit concussio nis species, aliquid accipere, ne quem accuses, quod & ipsum in crimen publicum cadit; l. ult. ff. de Concess. quæ sic sonat: Concussio iudicium publicum non est; sed si ideo pecuniam quis accipit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex Senatusconsultis, quibus pena legis Cornelia tenere jubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quare ob accusandum, vel non accusandum, denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium, pecuniam accipit.

Et ad idem propositum adferri potest, quod habet l. 7. ff. Quod metus causa. §. 1. Proinde si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel dedit aliquid, vel se obligavit: Pomponius lib. 28 recte scribit, posse eum ad hoc edictum pertinere, simul enim vel mortem, vel vincula; quamquam non omnem adulterum liceat occidere vel furem, nisi se telo defendat: sed potuerunt vel non jure occidi, & ideo iustus fuit metus. Sed et si ne prodatur ab eo, qui deprehenderit, alienaverit, succurri & per hoc edictum videtur: quoniam si proditus esset, potuerit ea pati, quæ diximus. Ea autem erant mors & vincula.

Et quamvis mors non foret semper iusta, tamen vincula semper sunt iusta. Ergo secundum illud jus, qui aliquid alienasset tali casu metu vinculorum, qui tamen erat iustus, pertineret ad istud edictum; quia videlicet, quamvis in se esset iustus, tamen non erat ordinatus ad istum finem, & ideo aliquid gestum fuit contra bonos mores, & ideo quod gestum fuit, Prætor rescindet, juxta Leg. 8. eod. Isti quidem & in legem Juliam incidunt, quod pro comperto stupro acceperunt: Prætor tamen etiam ut restituat intervenire debet. Nam & gestum est malo more, & Prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit, sed hoc solum, quod hic accipit, metu mortis illato.

Hinc Pontius eod. lib. cap. 19. num. 12. Quoties (inquit) in metu inferendo, etiam si iustam originem habuerit, aliquid sit contra bonos mores, Matrimonium ex eo metu contractum nullum est, perinde ac si fieret ex metu iniuste illato. Et ita intelligit illos DD. qui docent, etiam metum iuste illatum ad extorquendum Matrimonium, quando aliunde ex jure vel promissione sponsalium non est debitum, Matrimonium illud irritare.

Ex qua doctrina colligit n. 13. Quod si iudex eum, quem iuste ad mortem damnare debuerat propter delictum, contra se, vel alios de Repub. commissum, impunitate oblata invitet, ut filiam ipsius iudicis ducat, non valere Matrimonium: quia ille revera tunc inferri metum iniuste, abutiturque potestate, cum non fiat ulla delicti compensatio, ratione cuius metus iuste possit inferri. Quare idem est, ac si incuteretur iniuste; in quo vides longè diversam esse rationem, cum metus inferatur, ut ducat filiam, vel uxorem occisi; inferatur enim ad compensationem delicti, quæ licita est.

Quare cum Rex vel Iudex damnato ad mortem offert impunitatem, si ducat aliquam, quæ non est ducenda in compensationem delicti, si rectè & attentè consideretur, non tam aufertur metus, jam antè conceptus; sed inferatur denuò, nisi faciat. Comune enim est omni, qui liberat metu, sive iuste, sive iniuste illato, aliquà re oblata, ut auferat metum antè conceptum. Hucusque Pontius.

Sed ego, quamvis attentè consideraverim, non video, quare potius auferatur metus, quando offertur Matrimonium cum uxore vel filia occisi, aut etiam, ut heri consuevit in aliquibus locis, cum meretrice aliqua, vel alia honesta muliere, quæ reum postulat in maritum; ut eum sic liberet à morte (in quibus casibus admittit Pontius Matrimonium valere; quia Respub. censet eam sufficientem compensationem delicti) non video, inquam, satis clarè, omnibus maturè consideratis, cur tunc potius auferatur metus, quam dum offertur Matrimonium cum filia iudicis; estò etiam iudex peccaret contra officium suum, quia absolute deberet reum plectere morte, ita exigente bono communi.

Ratio mea est; quia auferre metum nihil aliud est, quam liberare à periculo mali imminentis, sive offerre medium aliquod, quo malum instans possit evitari: hoc autem facit iudex, quando sive iuste, sive iniuste, seu contra bonos mores, offert damnato ad mortem Matrimonium, vel cum propria filia, vel cum filia occisi, aut alia quacumque muliere.

Omitto: quod sæpius iudex possit multam pecuniariam sibi applicare, cur tali casu non poterit etiam offerre Matrimonium, sibi utile; saltem quando aliàs iuste posset talem reum absolvere? Et quamvis iuste non posset, sicut dixi, non video differentiam, non apparet, inquam, cur potius in uno casu denuò inferatur metus, quam in alio; & ideo dico, vel in utroque casu valere Matrimonium, vel in neutro.

143. Quid si iudex offerat reo Matrimonium sua filia Putat Pont. inferri metum iniuste.

144. Auctor putat auferri metum.

Ratio Auctoris.

145. Confirmatio.



Respondetur ad jura in oppositum.

Ad jura, quæ supra pro se allegat Pontius; Respondeo; ea loqui de metu injustè illato, ut patet ex illis verbis, leg. ult. ff. de Concul. Qui in accusationem innocentium coierint. Atque ex istis leg. 7. ff. Quod metus causa: Sed poterunt vel non jure occidi, & idè justus fuerit metus. Idem significant hæc verba leg. 8. eod. Prætor non respicit, an adulter sit qui dedit, sed hoc solum, quòd accipit metu mortis illato, qui utique injustus est, ut patet ex leg. 7. eod. ibi: Quamquam non omnem adulterum liceat occidere.

146. Metus justè incussus sive à jure, sive à homine, non vitiat Matr. Sanchez. Lugo.

Mihi itaque magis placet sententia Sanchii lib. 4. disput. 13. num. 3. & aliorum, quos ibi citat, & sequitur Lugo supra cum aliis Recentioribus: scilicet, metum minime irritum reddere Matrimonium, quando justè incutitur, sive à jure, sive ab homine, sive ad extorquendum Matrimonium, sive ob aliam causam; quia reverà tunc non infertur metus à jure vel homine, sed tollitur metus, antè incussus per commisionem delicti, quod talem pœnam justè meretur; incussus, dico, non à causa extrinseca, sed ab intrinseco, sive ab ipsomet, qui metum patitur, juxta superius dicta.

147. Objectio ex c. 15. de Sponsal.

Ex quibus facilè solvitur, quod opponunt Adversarii ex cap. 15. de Sponsal. Veniens ad nos. G. sua nobis relatione monstravit, quòd in domo sua mulierem quamdam recepit, de qua prolem habuit, & cui fidem coram pluribus præstitit, quòd eam duceret in uxorem: interim autem cum apud domum vicini sui pernoctaverit, ejus filia nocte secum concubuit: quos pater puella simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de presenti desponsare coegit. Ideòque mandamus, quatenus si inveniatis, quòd primam post fidem præstitam cognoverit, ipsum cum ea facias permanere: alioquin secundæ (nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere, eam desponsaverit) adherere facias ut uxori.

Solvitur.

Facilè, inquam, respondetur: hunc textum intelligendum esse juxta materiam subjctam, & terminos habiles, putà de coactione injusta metu mortis; sola quippe coactio injusta, ut vidimus supra, in jure simpliciter vocatur coactio; & non est verisimile, quòd juvenis ille de præsentis contraxisset ex solo metu justæ accusationis; timuit ergo mortem, quam jus civile videtur concedere patri; sed quia jure Canonico illa mors injusta est, justè timuit, & idè Pontifex judicavit Matrimonium invalidum. Atque de tali metu exponunt hunc textum Hostien. & alii Interpretes juris, citati à Sanchio supra n. 9.

148. Alia objectio ex c. 29. de Sponsal.

Objiciunt etiam Adversarii cap. Gemma, de Sponsal. ubi propter Matrimonii libertatem improbat pœna, in sponsalibus de futuro apposita resiliendi, ne scilicet ex metu

(qui alioquin justus esset) solvenda pœna, læderetur libertas in ipso Matrimonio. Ergo à fortiori, metus non ex voluntate contrahentis, sed ei aliundè illatus, ad consummationem matrimonii obtinendum, reprobat.

Respondetur (inquit Lugo supra n. 16) retorquendo argumentum; quia arbitrariè sunt dari in sponsalibus; & licet metus amittendi, possit tollere libertatem plenam ad Matrimonium, adhuc quia lex eas non irritavit, validè dantur; sicuti etiam promissio lucris, si contrahat cum tali persona, vidè fit, licet etiam minuat libertatem. Quòd cum lex non irritaverit in casu nostris commisionem pœnæ, aliundè debite, non debet improbari; præsertim cum remissio pœnæ promissa ob Matrimonium, magis imminuat promissionem lucris, quæ in Matrimonio nolet, quàm appositionem pœnæ, quæ non nolet. Nam qui jam aliundè ex delicto dedit pœnam, videtur lucrari remissionem illius, quando vel pœna, vel jus accusandi remittitur, si Matrimonium contrahat. Hæc illi.

Addo ego: etiam sponsalia validè & licite muniri pœnis, dandis ab injustè resiliendi, ut diffusius probavi Sect. 1. Concl. 1. Ratio ratio erat; quia qui injustè voluit resiliere, sibi incutit metum illius pœnæ, non autem infertur ab extrinseco, ab eo videlicet, qui pœnam apposuit; & idè valet illa pœna Matrimonium, quod contrahitur metu pœnæ incurrendæ. Vel si hoc non valet, metum illum justè incuti ab illa pœna apponit, quia propter delictum Matrimonium non incutit metum, sed delictum hoc facit; ipse autem potius timoratum, quod nulli prohibitum est acceptum auctoritate. Solum differentia est in sponsalibus jam aliundè sit debentur Matrimonium, quod metu illius pœnæ contractum; secus in casu nostro.

Planè, reponit quispiam, hæc est auctoritas; & idè in casu nostro non valet Matrimonium, arg. cap. Quia dicitur, 5. de Concess. Præbendæ ibi: Si quis est fuerit sua culpa suspensus, non tamen ipsum Capitulum ex illa culpa Præbendam erat donatio devoluta. Ubi Gloss. verb. suspensus, ait: Sic patet, quòd licet talis suspensus, non imputatur ei, quòd ex illa causa processerit, 15. q. 1. Si concupiscerit, & cap. Inebriaverunt. Et est simile ubi culpa præcedit, & tamen non imputatur ea, quæ culpa sua processerunt, inf. de Sponsal. Veniens ad nos. ff. de Fur. l. Verum.

Et ratio est: quia illa culpa non tenet ad rectè ad impediendum. Ergo cum in casu nostro culpa & delictum metum patii, quod causam metui dedit, non tendat ad Matrimonium

B
Sacra
pa

num, sicut in casu de sponsalibus, non ei imputari debet, ut eâ ratione metus non vitiet ejus Matrimonium.

Respondet Sanchez supra n. 9. Non eâ ratione ei imputari, quia culpâ suâ incidit in metum; nam si mors comminata esset, non valeret Matrimonium, quâvis culpâ suâ dederit causam metui; sed eâ ratione non vitiat Matrimonium, quia verè non est metus, incussus ad illud extorquendum; sed metus, ex delicto conceptus, aufertur, exigendo ut pretium, Matrimonium. Hæc ille.

Quæ commodè intelligenda sunt, si mors comminata esset, ubi alioquin ex delicto mors non debebatur. Quia ergo ex suspensione, de qua in cap. Quia diversitatem, non erat debita Capitulo donatio Præbendarum; Sed (ut ibidem dicitur) ad illum, tempore suspensionis illius, Præbendarum donatio pertinebat, qui præter ejus desidia & negligentiam poterat Præbendas donare, id est, ad Pontificem, qui (ut notat Gloss. ibi, verb. Præter ejus) potest concedere Præbendas, siue fuerit negligens siue vigilans; nil mirum, si donationes factæ à Capitulo fuerint invalidæ.

Quid autem simile reperitur in nostro casu? Nam, ut supponitur, non comminatur malum, nisi quod ex delicto justè debetur, & ideo non comminatur simpliciter loquendo, sed mali aliunde comminati promittitur remissio justè vel injustè. Sicut, si quis privatus, occurrens reo, dum pertrahitur à fatelibus ad mortem, dicet ei: Si vis ducere meam filiam, ego inferam vim justitiæ publicæ & liberabo te à morte; putane, quod Matrimonium illud non valeret, quia alter contra justitiam liberavit ipsum à morte, siue à metu mortis?

Quidni, inquis, putem? Quippe nullus privatâ auctoritate potest cogere ad Matrimonium; & quâvis jus haberet incutiendi timorem ad alios contractus, non tamen ad Matrimonium, quod summam libertatem exigit: ergo metus ille, quâvis justus foret ad alios effectus, respectu tamen Matrimonii erit injustè incussus, illudque irritabit.

Respondet Sanchez supra; quâvis nullus privatâ auctoritate possit cogere ad Matrimonium; potest tamen justè metum, conceptum ex justa ac debita causa, auferre, & cedere jure accusandi, quod habet, petito certo pretio, vice cujus petit Matrimonium. Et si argumentum aliquid probaret, similiter probaret, si extorqueret consensum in alium contractum, eum fore rescindendum. Quod est falsum, quia etiam nullus privatâ auctoritate potest cogere ad quemcumque contractum. Ita Sanchez.

Sed quod hic falsum dicit Sanchez, verum esse putat Pontius supra cap. 13. quando ad illum contractum, ex justitia alter non

obligatur; sic enim ait n. 7. Si quis in furto deprehensus, ex minis accusationis vel proditionis, ne prodatur vel accusetur, vel ne conjiciatur in vincula, donet aliquid vel promittat, restituitur actione, quod metus causâ. Idem dicendum de adultero, si deprehensus in adulterio à patre vel matre vel consanguineis, ex minis eorum aliquid donet, vel promittat, eadem ratione restituitur. Idem dicendum de uxore, si à marito in adulterio deprehensa, ex minis mariti aliquid faciat. Similiter contractus, facti cum Officiali aut Judice, detinente reum in carcere, etiam justo, non valent, & datur actio ex metu. Hæc ille.

Intelligit autem, quando aliquid actum est contra bonos mores; & probat ex multis juribus, sicut antea vidimus. Putat verò esse contra bonos mores, quando compellitur ad aliquem contractum, ad quem alioquin de jure non tenetur; siue quando metus secundum rectam rationem ad eum contractum non ordinabatur; secus quando aliâ ad eum faciendum tenebatur; sic enim ait n. 5. Hinc fit, quemcumque contractum, compositionem, concordiam, pactum, si fiat ab aliquo incarcerato, etiam si ad eum finem mittatur in carcerem, quia aliâ ad ea faciendum tenebatur, omni jure valere.

Dixi consultò: Quando compellitur, quia secundum eundem Auctorem n. 3. Mulier erga patronum ingrata, sciens se ingratham, cum de suo statu periclitaretur, si aliquid patrono dederit vel promiserit, ne in servitute redigatur ob ingratitude, valet promissio vel donatio, nec datur in judicio repetitio ejus, quod donatum est; si tamen illa ultro ad patronum veniat, ingratitude agnoscens, & petens, ut patronus eo accepto, quod offert, ingratitude poenam remittat.

Hinc etiam, si ille, qui deprehensus est in aliquo delicto, antequam deprehensus illi minetur accusationem, donet aliquid vel promittat, ne accusetur, non datur repetitio. Atque hoc sensu scriptum est in leg. Accusationis. Cod. de His quæ vi: Accusationis instituta, vel futura metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis, improbum est desiderium.

Rectè quidem ita scriptum est, inquit Donellus, ubi scilicet nihil aliud proponitur, quàm accusationis metus, neque accusator minabatur accusationem futuram, nisi quid acciperet. Sic enim metus accusationis ab illo non infertur, quo non illato, cesset repetitio; sed tantum infertur ab eo, qui deprehensus est. Hoc tamen intelligendum, nisi is, qui deprehendit, ex officio accusare teneretur.

Hinc etiam, si medico ægrotus periclitans promittat aliquid vel donet, ne se deferat, valet. Quod intellige, seclusis perfidâ vel obligatione medica. Similiter, si aliquis

aliquis compellitur ex minis, possit rescindi, ex Pontio.

155. Quid si aliquis in delicto deprehensus donec aliquid absque minis. Donellus.

155. Quid si aliquis in delicto deprehensus donec aliquid absque minis. Donellus.

155. Quid si aliquis in delicto deprehensus donec aliquid absque minis. Donellus.

Quid si a-
groius pro-
mittat ali-
quid medi-
co.

156.
Qui pro ca-
ptivo solvit,
potest quod
solvit repe-
tere.
L. 21. ff. de
Negot.
gest.

in carcerem coniectus, vel captivus, vel à latronibus obfessus, alicui promittat aliquid, vel contractum ineat, ut ipsum ab eo periculo liberet, valent eiusmodi contractus.

Quod aded verum est, ut si liberans, pro liberando captivo, vel incarcerato, aliquid de suo proprio dederit, quod solvit, repetat; l. Nam & Servius, ff. de Negot. gest. ibi: Cum à Lusitanis tres capti essent, & unus eà conditione missus, uti pecuniam, pro tribus afferret, & nisi redisset, ut duo pro eo quoque pecuniam darent, isque reveris noluisse; & ob banc causam illi pro tertio quoque pecuniam solvisset (Servius respondit) æquum esse prætorum in eum reddere iudicium.

Ecce qui pro captivo fideiubet, & solvit, debet ab eo indemnis relevari; tum quia non est is, qui in periculum coniecit; contractus autem ab incarcerato facti pro tertio, qui neque carceris particeps est, neque fuerit ad carcerantis instantiam, valent, ut docet Farinacius l. p. q. 35. num. 34. Tum etiam; quia contractus ille incarcerati est in eius utilitatem, scilicet liberationem; contractus autem incarcerati in eius utilitatem, valere, docuit Farinacius ibidem. n. 35. & 36. Quam etiam doctrinam intellige, siue carcer sit iustus, siue iniustus, & qui liberat de carcere non est iudex.

157.
Probatio.
L. 9. ff.
Quod met.
caus.

Horum autem omnium rationem eleganter reddit Jureconsultus in l. Metum, 9. ff. Quod metus causâ. ibi: Sed licet vim factam à quocumque prætor complectatur: eleganter tamen Pomponius ait, si quo magis te de vi hostium vel latronum, vel populi tuerer vel liberarem; aliquid à te accepero, vel te obligavero, non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc tibi vim submisit; ceterum si alienus sum à vi, teneri me non debere; ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse videor.

Hæc diffusius ex Pontio, ut ostenderem probabilitatem istius sententiæ, non tantum in ordine ad Matrimonium, quod requirit perfectissimam libertatem; sed etiam respectu aliorum contractuum, ad quos minor videtur sufficere libertas, & ided ab initio validi, sunt rescindibiles tamen beneficio legis; quia autem Matrimonium ex natura sua indissolubile, ita ut semel validum non possit beneficio legis Ecclesiasticæ vel civilis rescindi, ided à principio invalidum esse debuit.

Sententia
Sanchii est
probabilis.

Interim etiam sententia Sanchii probabilis est, & fortè probabilior, ut ipse eam vocat supra n. 3. Itaque ad argumentum contra eum supra propositum bene responderetur: in tali casu non fore coactionem, scilicet ab extrinseco, siue ab eo, qui petit Matrimonium, vel alium quemcumque contractum, pro pretio liberationis à morte, carcere aut

alio malo æquivalente, quod iuste alterius inferendum est.

Sed dicit aliquis: ided coactio ab extrinseco irritat Matrimonium, quia tollit plenam libertatem consensûs, & ex coactio Matrimonium infelices sperantur exitus; sed non minus tollitur libertas in nostro casu, & idem exitus infelix timendus est; ergo &c.

Respondet Sanchez supra n. 9. negatione metum injustum ided solum irritare, quod tollit plenam libertatem: aliâs, inquit, iudex iuste cogit implere sponsalia, irritare sed quia tollit plenam libertatem, irritat, quod hic cessat. Nec tunc militat edictio; nam non tam infelix exitus speratur, aliquantulum quiescit animus, cum quæsi fuerat, se iuste compulsum esse; idem que procederet, dum iudex compellit. Hæc illi.

Ego autem interrogo; si prima pars responsionis vera est; quomodo respondet ibidem Sanchez ad 5. non improbari poenam appositam Sponsalibus, quia tolleretur libertatem, requiritur ad Matrimonium plenitudinem? Si enim hoc sufficit ad improbandam illam poenam, est non tollitur iuste libertatis plenitudo, dum videlicet tantum infligitur ei, qui iniuste retinet, quæ etiam id non sufficit ad improbandum Matrimonium, cui deest illa plenitudo libertatis, tamen si iuste?

Meliùs ergo nos dicimus; quod si Matrimonium non improbat, nisi apponatur libertas seu plenitudo libertatis, iam non improbari dictam poenam, nisi iniuste apponitur, id est, dum apponitur pro eo, qui iuste refiliat à Sponsalibus.

Sufficiat ergo 2. pars responsionis, videlicet, non aded tolli perfectam seu plenam libertatem, quando vel iudex, vel aliquis varius iuste compellitur, quam si iniuste libertas præcessit in contractu v. g. Sponsalium, aut in crimine, quod committit, & propter quod jam iuste compellitur. Aut si incutitur à causa naturali, v. g. tempestate &c. tamen si non maneat plena, non libertas; equidem tollitur, quia à causa ipsa, & ided minus æstimatur, & qui pro nihilo, ejus ablatio; ut proinde necesse non iuste indignari, quia à seipso quasi dignum lud medium, ad quod neque compari potest tertius aliquis ullatenus incitat; adeoque meri non debet tam infelix exitus, quæsi alioquin non contraheretur Matrimonium, si causa illa seu occasio abesset.

Omnes ergo fateri debent; Matrimonium tali casu esse involuntarium secundum quod veluti involuntaria est projectio marium in mare tempore tempestatum, ad evadendum naufragium; cumque omnes consentiant, quod casu nihilominus Matrimonium esse va-

dum, consequenter fieri debent, non requiri ad valorem Matrimonii omnem libertatem possibilem. Ergo quamvis in nostro casu non permaneat omnis omnino libertas; tamen videtur manere sufficiens libertas ad valorem Matrimonii; quia, sicut antea dixi, præcessit actus perfectè liber, scilicet ipse contractus Sponsalium, aut crimen commissum, ex quo oritur jus in altero accusandi; & sic obligatio, vel absoluta contrahendi post sponsalia, vel conditionata, scilicet sub conditione, ut alter cedat jure suo, quod habet ad accusationem, ab ipso contrahente liberam omnino ducit originem, unde & jam tali casu magis liberum censeri debet Matrimonium, quam dum metus oritur ex causa naturali.

Sed audio reponentem; fieri potest, ut Matrimonium quod exigitur, longè excedat jus accusandi; ergo saltem tunc Matrimonium erit irritum. Probat Consequentia; quia si extorqueas summam pecuniæ, quæ ultra dimidium excedat justum pretium cessionis illius juris; vel in eas contractum v. g. emptionis aut venditionis nimis gravem, committis injustitiam, & contractus ille rescindi poterit; quod autem sufficit ad rescindendum alios contractus, reddit Matrimonium nullum; ut communiter docent Theologi & Jurisperiti.

Respondet Dicastillo hic disp. 4. n. 80. concedendo, metum injustè incussum, sufficientem ad rescindendos alios contractus, annullare Matrimonium; quia tamen (inquit) metus justè incussum etiam cum enormi læsione (qualis est metus in exemplis adductis) non rescindit cæteros contractus ratione metus (est enim justus) sed ratione læsionis, idè non annullat Matrimonium.

Sed urgebis (prosequitur idem Auctor num. 81.) saltem annullabit ratione læsionis. Respondetur: si læsio fit circa substantiam contractus, etiam annullabit; si verò sit circa accidentia; nullo modo annullat: tunc autem læsio circa substantiam contractus contingit, quando vel est error in persona, vel in conditione servili; ut si contrahas cum Maria, putans esse Joannam, vel cum ancilla, putans esse liberam. Quòd autem existimes esse nobilem, divitem, vel virginem, & reverà non sit, non pertinet ad contractus substantiam, sed ad accidentia illius; ac proinde talis læsio non annullat. In reliquis verò contractibus bonæ fidei, quælibet læsio in pretio, est læsio in substantia, eaque de causa potest contractus rescindi, vel ad æquivalentiam reduci. Hactenus Dicastillo.

Itaque injustitia tota in tali casu non consistit formaliter in metu; quippe, ut suppono, non minatur inferre gravius malum, quam ex justitia possit inferre; sed in postulatione excessivi pretii; sicuti si meretrix

pro usura corporis sui, exigat Matrimonium, quamvis usura ista non tanti valeat, si tamen quis contrahit, absque dubio valet Matrimonium. Ergo similiter in casu præsentis, quamvis jus accusandi seu accusatio non tantum valeat, ac Matrimonium, quod exigitur; si tamen ad evadendam illam accusationem, in se alioquin justam, contrahas Matrimonium, videtur fore validum; quia contrahis ex metu in se & formaliter justo, quamvis injustè exigatur tantum pretium.

Ex quo deduci potest resolutio hujus questionis; an quando quis fictè minatur malum, id est, sine animo illud inferendi, quod alioquin possit justè inferre, valeat Matrimonium, ex tali metu celebratum. Et sanè, si vera est sententia Sanchez supra disp. 9. n. 9. & Aliorum, donationes, & alios contractus esse validos, & sine onere restituendi, saltem ante sententiam judicis, non est ulla ratio, quare etiam non valeat Matrimonium.

Quòd autem sit vera illa sententia, probatur; quia licet non habeat animum v. g. accusandi, habet tamen, ut supponitur jus ad accusandum, quo uti potest, & quod est pretio æstimabile; quare fictio illa non videtur esse injusta. Sed neque datur pretium, ut deponat animum, sed ne accuser, quod poterat justè facere, & ut juri accusandi cedat, quod verè ille præstat.

Contrà tamen facit: quòd ille contractus verè sit ininitus per dolum & fraudem, dantem per metum causam contractui; porò hujusmodi dolus reddit contractum rescindibilem, & affert onus restituendi. Ita docet Lugo supra n. 167.

Et quidem, inquit ille; Auctores contrariæ sententiæ consequenter deberent concedere, si aliquis dolo inducatur ad emendum carius, quia v. g. oblato ab ipso pretio minori, suppositus est doloè alius, qui offerret plus, sine animo tamen emendi, sed ex pacto cum venditore, & fictione, ut ille alius cogatur augere pretium; tunc, inquam, ex dolo illo non nasci obligationem restituendi excessum pretii, dolo ab illo extortum; quia non magis procedit ex dolo excessus ille pretii, quam in casu nostro oriatur consensus in contractum, quem idè hic præstat, quia fingitur ab adversario voluntas accusandi, & utendi jure suo, quæ voluntate non stante, non consentiret in contractum: consequens videtur satis durum, & aperire viam innumeris fraudibus, in contractibus procurandis. Hæc ille.

Respondeo: si tali casu pretium non augetur ultra summum justum pretium, non nasci obligationem restituendi, quamvis fortè emisset pretio infimo, si talis fictio non adfuisset; siquidem non fit injuria alicui in hoc, quòd justo pretio rem emat. Et fortassis

163. Quid si quis fictè minatur malum. Sanchez.

Probat contractum valere sine onere restituendi.

164. Lugo censet oppositum.

165. Resp. ad obj. 42.



id sæpius contingit in licitationibus, seu subhastationibus, ut tali viâ pretium accipiatur, quo alioquin res in se valet, & extra licitationem venderetur. Quàmvis ergo illa fictio de se sit mala, quia contra veritatem; haud equidem videtur esse contra iustitiam. Ergo similiter in nostro casu, dummodo saltem non accipiatur ultra pretium, quo valet jus accusandi sine animo accusandi.

166.
*Resp. ad
aliud arg.
ejusdem
Auctoris.*

Hinc patet responsio ad id, quod ait Lugo n. 168. Jus, inquit, sine voluntate accusandi, non tantum valet, quantum pro eo petitur; sed voluntas accusandi auget valorem talis juris. Si enim aliquis habet jus repetendi in judicio pecunias, in ludo amissas, scis tamen ipsum, quia vir nobilis & honoratus est, nunquam repetiturum, parum vel nihil dabis, ut cedat illi juri, & parum de jure illo curabis. Si ergo qui minatur accusationem in ea est dispositione, ut honoris causâ, vel propter aliam difficultatem, non audeat accusare, jus illud accusandi reverà non tanti æstimatur in ea dispositione & difficultate utendi eo jure, quantum pro ipso exigitur.

Pater, inquam, responsio; inde ad summum sequi; non posse tantum exigere, qui fictè minatur accusationem, atque ille, qui vero animo accusandi. Deinde; facile potest mutari iste animus, & tunc æquè nocebit illud jus, atque si de facto animus adfuisset, quando minabatur.

167.
*Putat Lugo
valere Ma-
tr. tali fictio-
ne extor-
sum.*

Quidquid sit de aliis contractibus, putat nihilominus Lugo supra n. 169. valere contractum Matrimonii, tali fictione extortum; quia, inquit, injustitia tota in eo casu non consistit formaliter, ut ita dicam, in metu, quatenus metus est; sed in dolo, à quo extrinsecè denominatur metus injustus, tanquam effectus, qui provenit à dolo injusto, non per injustitiam sibi intrinsecam, sed extrinsecam & participatam à dolo, quod non videtur sufficere ad dictam irritationem; sed requiritur, quod ipse metus de se sit injustus, quatenus est de malo injustè inferèdo. Quod potest exemplis comprobari, & explicari: nam si fingas, advenire hostes, justè occisuros cives omnes præter Religiosos, quibus nolunt nocere, & Petrus circumventus hoc dolo, & ex metu occisionis Religiosus fiat, Professio valebit; quia dolus & error non fuit circa substantiam, licet dederit causam Professioni. Item, si fingas revelationem, quâ Deus, iratus Petro propter ejus peccata, vult anno sequenti eum de medio tollere, nisi respiscat, & Petrus eo metu Religiosus fiat, ut mortem imminentem fugiat, Professio valebit, quia licet fuerit ex dolo, non tamen ex metu injusto, cum Deus justè id possit exequi. Requiritur ergo ad ejusmodi irritationem causandam, quod metus secundum se

contineat injustitiam, quatenus est de malo injustè inferendo. Hucusque Eminent.

Quæ autem Professionis, eadem videtur esse ratio Matrimonii. Unde si quis fingat revelationem, quâ Deus, iratus Petro propter concubinatum, vult anno sequenti eum de medio tollere, nisi contrahat Matrimonium cum concubina, & Petrus eo metu contrahat Matrimonium, prorsus Matrimonium istud valeret.

Alia hic movetur difficultas circa justitiam, qui secundum allegata & probata cogit ad Matrimonium, quàmvis in parte rei; v. g. aliquis fidem dedit de Matrimonio alicui fœminæ, quæ postea fornicata est, quæ tamen fornicatio non potest probari in foro externo; quæritur, an Matrimonium valeat, quod eâ coactione fuerit contractum? Affirmat Sanchez supra disp. 13. n. 1. non enim, inquit, est credendum jus Canonicum, quod in hoc casu compelli poterit, velle, ut eâ compulsione Matrimonium irritetur.

Sed contrarium docet Pontius supra cap. 19. n. 11. dicens: Ego existimo Matrimonium ex eâ coactione contractum esse omninò nullum; quia reverà est viâ coactiva ab extrinsecò, cum ea sententia publica, quæ fundatur in peculiari præsumptione, omninò deficiat, eâ præsumptione deficiente, ex consequenti non obliget. Et quantum ad bellum justum ex parte judicis, id tamen per accidens, & ratione ignorantie; etiam ex parte rei est bellum justum, quum veritate ipsa, quæ prævalet præsumptioni. Hæc ille.

Sententiam Sanchii sequitur Pontius 3. p. 8. n. 14. quam Dicalillo cap. 4. n. 107. vocat probabiliozem, & n. 108. dicit ad probationem Pontii: quamvis tamen concedamus, quantum ad ea, quæ pertinent ad forum animæ, standum esse veritati, tamen fieri aliquando potest, ut propter metum commune quis juxta allegata & probata validè privetur eo bono, quod aliter obtinere posset, & licitè frui. Hac ratione quàmvis injustè excommunicatus, nec potest celebrando, secluso scandalo, nec potest restituere fructus beneficii perceptos percipiendos; si tamen collatio antedicti beneficii illi facta, probetur in externo foro facta ipsi excommunicato in eodem foro externo; non solum tunc declarabitur irrita collatio, sed reverà erit irrita propter commune bonum; quia sicut commune est beneficium confert titulum & jurisdictionem propter bonum commune; ita propter aliquid bonum commune, existimatio tollit titulum.

Cum ergo in nostro casu eo ipso, quis secundum allegata & probata coarctatur, justè passum fuisse metum, etiam

revera injuste passus sit, in foro exteriori cogatur ducere feceminam, cum illa habitare, & copulam habere; bono communi, & ipsi est etiam contrahenti expediens, quod tale Matrimonium validum sit, ne aperiatur via ad hujusmodi fornicarias copulationes. Et cum Matrimonium, metu coactum, ex natura rei validum sit, solumque sit invalidum ex jure positivo; merito censei debet, jus positivum non concedere tale privilegium est, qui vim patitur, quando & bono communi, & ipsi patienti metum, expedit, ut Matrimonium valeat, supposito probatione in foro externo; sicut bono communi expedit in illo casu excommunicationis, quod injuste atque adeo invalidè excommunicatus, sed justè secundum allegata & probata, revera careat collatione & electione beneficii, quã in foro externo spoliatur propter excommunicationem in eodem foro probatam. Hucusque Dicastillo.

170. Sed hæc responsio supponit aliquid tanquam verum, quod Pontius existimat planè falsum; scilicet, Matrimonium, injusto metu extortum, esse invalidum solo jure positivo; nam docet hic Auctor cum multis Aliis, ut infra videbimus, illud Matrimonium esse invalidum jure naturæ; & idè contra Pontium nihil probat illud simile de collatione beneficii, facta excommunicato, quia videlicet valor illius collationis dependet omninò à voluntate Ecclesiæ, quæ potest irritare collationes, hoc vel illo modo factas, quàmvis alioquin de jure naturæ forent validæ; idque, quia ipsa Ecclesia est, quæ confert beneficia, & idè præscribere potuit modum, quo collationes fieri debeant, ut valeant. Et quàmvis etiam possit præscribere modum, quo fieri debeat contractus Matrimonii, ut valeat; tamen facere non potest, ut contractus jure naturæ irritus, coram Deo valeat, ut ab omnibus debet admitti.

171. Hinc quantumcumque compellat Ecclesia per excommunicationem, legitime conjunctos in foro externo, ad consummationem Matrimonii, si revera coram Deo subsit impedimentum, jure naturæ, aut divino positivo dirimens Matrimonium, nullatenus licet Matrimonium consummare; quia coram Deo manet Matrimonium invalidum.

Immo tamen tantum subesset impedimentum Ecclesiasticum, adhuc, secundum multorum opinionem (etiam ipsius Dicastilli, disp. 9. n. 173.) de qua proprio loco tractabimus, non censetur Ecclesia dispensare; & per consequens non est licitum conjugibus Matrimonium consummare; & tamen expediret illis conjugibus, quod Ecclesia dispensaret, ut sic possent sine peccato copulari, ad quod per excommunicationem compelluntur.

Sicut ergo in hoc casu debent potius sustinere humiliter in foro externo excommunicationem, quàm Matrimonium consummare; ita etiam in nostro casu, nisi velint liberè absque ullo respectu ad metum, seu malum impendens, de novo consentire, ut in sequentibus ostendemus.

Proinde licet concederemus, Matrimonium injusto metu extortum, solo jure Ecclesiastico esse invalidum, adhuc non sequeretur, Matrimonium in casuposito fore validum; quàmvis enim Ecclesia approbet illam coactionem, hoc tamen facit ex præsumptione justitiæ, etiam in conscientia, si ve à parte rei; sicut approbat illam in alio casu, quando non constat in foro externo subesse impedimentum, v. g. consanguinitatis; quia videlicet putat se præsumit, etiam à parte rei tale impedimentum non subesse, adeoque coactionem esse justam etiam in conscientia; sicuti ergo propterea in tali casu non censetur Ecclesia velle tollere impedimentum consanguinitatis, à se positum, quod tamen posset tollere, si vellet; ita quoque in nostro casu, tamen si approbet coactionem judicis, equidem non censetur velle tollere impedimentum injusti metus, à se positum.

Estò enim judex tunc justè procedat à parte sua, atque adeo coactio, ut ab illo proveniens iusta sit, ex parte tamen patientis, qui non dedit causam tali coactioni, omninò injusta est, & injustè petitur Matrimonium; ergo jus irritans contractum ex coactione injusta, non excludit hunc casum; maxime cum jus, irritando contractum Matrimonii per injustam vim initi, non minùs voluerit favere coacto, ne injustam vim patiatur, quàm non favere, sed impedire cogentem, ne injustam vim aut metum incutiat; immo potiori ratione dicendum est voluisse favere patienti, quàm resistere cogenti; ergo credendum est in hoc casu patienti favisse, cum possit.

172. Respondet Dicastillo supra n. 108. illam coactionem & metum incussum à iudice, supposito allegatis & probatis, etiam esse justam, id est, justè & meritò patiendam à contrahente, qui propter infortunium suum reductus est in eas angustias, vel (ut Christianiùs loquar) Deo sic permittente, eò miseriarum devenit, ut vel passurus sit carceres & celsuras, aliamve gravem pœnam, scandalumve in populo, & Ecclesiã Dei caufaret, nisi pareat iudici, sic ex parte sua justè præcipienti; vel Matrimonium contracturus. Cùmque hoc sit validum ex natura rei, nisi jus irritet, non censetur jus pro tali casu irritare. Et quàmvis ex parte patientis requiratur justus metus, jam in tali casu, supposito circumstantiis probationis juridicæ, tenetur ille

172. Reprobatur resp. Dicast.

173. Contra ar. 2. que Dicast.

ille pati, & tanquam sic obligato, illi jus non afflisset, irritado tale Matrimonium. Hec ille.

174. Argumentum solvitur.

Sed rursus supponitur hic, de quo infra disputabitur, scilicet hoc Matrimonium validum esse ex natura rei, nisi jus Ecclesiasticum irritet; & gratis dicitur, illam coactionem justam & merito patiendam a contrahente; sicuti gratis hoc diceretur, si pater puellae bona fide minaretur mortem juveni, cum ea reperto, nisi eam duceret; constat siquidem illud Matrimonium nullum esse; quia licet illa coactio a peccato excusari possit respectu patris, qui putat, eam sibi esse licitam, eundem in re, & respectu patientis, injusta est.

Resp. Dicitur.

Respondet Dicastillo supra n. 102. disparitatem esse, quod actio seu coactio Judicis, juridice facta secundum allegata & probata, non reprobatur a jure, sed potius approbetur: in patre vero illam coactionem & metum, quem incutit, jus non approbat, sed potius reprobatur: quia vel non praesumit talem errorem, vel etiam si postea praesumatur vel probetur, non censetur jus velle illi errori assistere & favere; sed potius vim patienti, cum tamen actioni judicis assistat, eamque approbet.

175. Rejicitur.

Sed contra: ideo approbat actionem judicis, quia praesumit veritatem; quae proinde deficiente, etiam deficit approbatio, saltem pro foro conscientiae, in quo veritas praevalet praesumptioni; ut patet in exemplo posito de iis, qui in facie Ecclesiae contraxerunt Matrimonium cum impedimento occulto, quos ex praesumptione Ecclesia cogit ad Matrimonium consummandum; quorum tamen Matrimonium judicaretur invalidum hoc ipso, quod constaret in foro externo de impedimento; & ideo in foro conscientiae, ubi notum est impedimentum, minimè obligat illa coactio, seu sententia Judicis, quamvis eam jus approbet, quia lata secundum allegata & probata. Ergo similiter in nostro casu, quamvis jus approbet compulsionem judicis secundum allegata & probata iustam, approbet, inquam, pro foro externo; hinc tamen non sequitur, Matrimonium illud valere in foro interno, in quo constat injustitia, & in quo talis revera non est causa sui metus, quidquid sit de foro externo.

176. Quid si iudex secundum allegata & probata in iustis compellat.

Hinc etiam consequenter dico, tamen si iudex secundum allegata & probata in iustis compelleret; si tamen a parte rei compulsio iusta est, valeret Matrimonium in foro conscientiae; quia a parte rei nulla sit injuria. Sicuti si iudex secundum allegata & probata judicaret subesse impedimentum consanguinitatis, quamvis in foro externo non valeret Matrimonium, in foro tamen conscientiae valeret. Vel assignetur nobis ratio, quare potius sufficiat injuria in foro externo,

ut Matrimonium non valeat in foro interno, in quo non est injuria; quam consanguinitas in foro externo sufficit, ut non valeat Matrimonium in foro interno, in quo non est consanguinitas. Loquor de consanguinitate, quae solum dirimit ex jure Ecclesiastico. Itaque satis probabilis est sententia Pontii, quam magis approbandam dicit Averfa q. 4. sect. 4. in fine, & Diana part. 4. tract. 4. resoll. 33. vocat magis probabilem. Cui interim magis placet sententia Sanchezii, consequenter dicit, si iudex cogat iustè secundum allegata & probata, tamen verè iustè, praedictum Matrimonium non valere; contraria scilicet ratione, quae reprobatur talem coactionem, quoniam contraria est legibus. Atque haec sufficienter metu iustè incusso, qui, ut ait Corduba, non irritat Matrimonium. Porro deinceps injustè incusso instituitur

CONCLUSIO V.

Matrimonium contractum metu, qui posset cadere in virum constantem, ad eum finem in iustis incusso, jus Ecclesiasticum declarat irritum.

Hic primò videndum est de illo qui secundum jura potest esse constantem virum; cap. Consultationem Sponsal. ibi: *Es si talis metus inveniatur, qui cadere potest in constantem virum, qui possit in constantem virum cadere, non sponsaverit.* Item cap. *Cum dilectus*, & quae vi & c. ibi: *Non obstante coactione, neque cruciatum corporis coniverit, & debuerat cadere in constantes.*

Accedat jus Civile ff. *Quod metus causa* l. 6. *Metum autem non vani hominis, sed merito & in homine constantissimo cadere, ad edictum pertinere dicemus.* Ubi ait bene Sanchez lib. 4. disp. 1. n. 9. cum Alsin. citat, superlativus accipitur pro palloso sensus sit: in virum constantem.

Appellatur etiam hic metus, iustus scilicet de Appellationibus, in principio: *Solum metus quò minus appellaveris te excusat &c.* Item probabilis, apud Goffredum sum. tit. de iur. quae vi, n. 2. Angel. verb. *Metus*, n. 1. & Sive vest. cod. q. 1. Solet denique à Theologis communiter vocari, metus gravis, cui opponitur metus levis seu vanus, aut vani hominis, ut quo l. 6. ff. *Quod metus causa*. *Metum autem non vani hominis &c.* Sic metui iusto, opponitur injustus; metui probabilis, improbabilis

lis; & metui cadenti in constantem virum, metus cadens solum in inconstantem.

Quæris rationem horum omnium nominum? Appellatur gravis; quia est de gravi aliquo damno. Iustus autem & probabilis dicitur; quia leges sic operantem, iuste & probabiliter excusant. Dicitur etiam cadens in constantem virum; quia fortitudini & constantiæ non obstat, neque sic operans, censetur amittere constantiæ & fortitudinis laudem.

Ex quo patet à contrario sensu, metum levem & vanum esse eum, qui de levi malo non timendo habetur; diciturque iniustum & improbabilem, cadentemque in virum inconstantem; quia neque iura illum approbant; sed potius improbant; neque iuste admittendum censent, sed iniustum putant; & operantem ex illo, iudicant inconstantem.

Sed hic nondum finis; nam secundum Sanchez suprâ n. 10. quinque desiderantur conditiones, ut metus cadat in virum constantem. Prima est, ut malum, quod timetur, grave sit; nam idè dicitur gravis, ut suprâ notavimus. Et quamvis in eo omnes convenient, tamen disputatur inter aliquos, an magnitudo hæc mali attendatur simpliciter ex qualitate ipsius mali in se considerati, ita ut sufficiat in se esse grave malum, an potius comparative ad minus malum, id est, dubitatur; an qui eligit majus malum, causâ vitandi minoris, ut si eligat peccatum, ad declinandam infamiam, vel bonorum jacturam aut mortem, censetur moveri metu cadente in constantem virum.

Et quidem communis sententia Doctorum (ut eam vocat Dicastillo disp. 3. n. 7.) videtur negare. Doctor Angelicus in supplem. q. 47. a. 2. in corp. sic ait: Respondeo dicendum, quod cadere metum in constantem, & metu cogi sumitur multipliciter: cogitur autem aliquis metu, quando aliquid facit, quod alias non vellet, ad evitandum id, quod timet: in hoc autem constantis ab inconstanti distinguitur quantum ad duo. Primum, quantum ad qualitatem periculi, quod timetur, quia constantis sequitur rationem rectam, per quam scit, quid pro quo dimittendum sit, vel faciendum: semper autem minus malum, seu majus bonum eligendum est: & idèo constantis ad minus malum sustinendum cogitur, metu majoris mali: non autem cogitur ad majus malum, ut vitet minus malum: sed inconstans cogitur ad majus malum, propter metum minoris mali, scilicet ad peccatum propter metum corporalis pœnæ.

His consonat Doctor Seraphicus 4. dist. 29. q. 1. n. 9. Ad illud, inquit, quod obijciatur de eo, qui negat Christum timore, dicendum; quod facilis est peccare, quam benefacere. Unde plura exiguntur ad construendum bonum, quam

ad faciendum malum. Præterea, nullus timor respectu peccati perpetrandi potest, nec debet cadere rationabiliter in virum constantem, sed respectu alicujus rei faciendæ, quæ non est nostræ salutis contraria; sicut vir constans rationabiliter prius deberet permittere se interfici, quam Deum negare. Sed irrationabiliter ageret, si dimitteret se interfici, antequam in aliquid indifferens consentiret. Matrimonium autem non est de his, quæ sunt salutis contraria, vel contra salutem; & sic patet, quomodo intelligitur de metu, qui potest cadere in constantem virum.

Rogas à me; quid Doctor Subtilis de hac re sentiat? Accipe ejus verba ex 4. dist. 29. q. un. num. 6. Potest ergo habens voluntatem cogi ad aliquam passionem, ut potè ligatus hic cogitur remanere, vel ad aliquam actionem instrumentalem, quæ tamen non est actio sua, utputà, si aliquis manu mea percutiat, ita posset facere manu ereda; sed ad actionem voluntatis elicitam vel imperatam, quæ proprie est actio humana, non potest cogi, nisi secundum quid, metu scilicet majoris mali, quam sit ille actus: & est ista coactio possibilis in homine virtuoso, quando non levi estimatione, sed certitudinaliter, saltem certitudine sufficienti in actibus humanis, scit malum sibi inferendum, quod majus est inconveniens sibi, quam actum istum displicentem elidere: & potest bene esse, quod secundum rectam rationem sit sibi majus inconveniens, ut potè mors, vel sustinere carcerem, vel captivitatem, mutilationem enormem, stuprum & similia mala. Cum ergo iste sit dominus voluntatis suæ, potest & velle aliquid, quod alias nollit, & imperare actum alias nolitum, antequam incurrat ista mala, & hoc secundum rectam rationem, unde talis metus dicitur posse cadere in constantem virum, sed nullus metus potest inducere aliquem ad peccatum mortale secundum rectam rationem, quia non potest esse majus malum, quod imminet, quam sit istud peccatum: quia nulla pœna solum, peior est, quam culpa mortalis.

Et ead. q. num. 3. sic scribit: Idem etiam posset probari de licito & illicito, quia metus non potest inducere aliquem ad aliquid, nisi sit licitum: quia magis necessarium est vitare illicitum, quam fugere pœnam; siquidem plus à causa superiori determinatur aliquis ad fugiendum illicitum, quam ad pœnam cavendam; quia Deus per affectionem justitiæ retrahit hominem à illicito: affectio autem commode inclinat ad pœnam vitandam.

Videntur ergo hi DD. (& plures Alii, quos citat Sanchez suprâ di. p. 2. num. 1.) requirere electionem minoris mali ad hoc, ut metus possit cadere in virum constantem; adeoque secundum ipsos, qui eligeret peccatum mortale metu mortis, non ageret

181. Quid sentiat Doct. Subtilis.

Voluntas non potest violentari.

Quæ mala causam metum viri constantis.

182.

Sánchez.

constanter, & per consequens talis metus non irritaret Matrimonium. Et quamvis aliqui (inquit Sanchez supra) velint explicare hos DD. ut intelligant hanc conditionem eligendi minus malum, requiri, ut metus à culpa excuset, non tamen ut sufficiens sit ad rescindendos contractus: sed hæc oppositio contra eorum mentem manifestè est: nam de metu ad rescindendos contractus & Matrimonium, sermonem faciunt, & jacto hoc fundamento, requiri ad rationem metus viri constantis, eligi minus malum, statim, nullâ mentione factâ alterius metus, statuunt, metum gravem annullare Matrimonium. Hæc ille.

Quid si eligeret peccatum veniale.

Qui ibidem num. 2. ait: Verius est, tenendo prædictam sententiam, idem esse de peccato veniali; quamvis enim constantiæ virtutem non amittat, succumbens tali metui; at in quantum succumbit tali metui, non est constans, sed inconstanter agit. Item; quia negari nequit, hunc eligere majus malum ad vitandum minus: cum minimum veniale, malitiâ excedat quodcumque pœnæ malum. Undè pro tuenda vita propria, vel alterius, mentiendum non esse, docet Augustinus in 5. Psalm. ad vers. *Perdes omnes qui loquuntur*, & refertur 22. quæst. 2. cap. 14. quod sic incipit: *Ne quis arbitretur, perfectum & spiritalem hominem pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur sive sua, sive alterius anima, debere mentiri.*

Et quamvis Scotus primo loco solum loquatur de peccato mortali, equidem posteriori loquitur generaliter & indistinctè, ut patet ex verbis supra relatis. Ut etiam indistinctè loquuntur D. Bonaventura, & D. Thomas. Imò hic supra ad 4. expressè dicit, *Quod constans non cogitur ad mentiendum.* Et hæc sententia (inquit Sanchez supra n. 2. in fine) est satis probabilis.

183. Sententia Sanchez, sufficere ad rescissionem Matr. timorem gravem mali ex parte objecti.

Ipsè autem adhæret sententiæ oppositæ, quæ ait, requiri electionem minoris mali, ut ex parte subjecti dicatur metus cadens in virum constantem, id est, ad hunc effectum, ut timens constanter agat, culpæque immunis sit; verum id non requiri, ut dicatur cadere in constantem virum, quoad rescissionem Matrimonii, & cæterorum contractuum; sed ad id satis esse, si timor ipse ex parte objecti sit cadens in virum constantem, quia est timor malignus, quod ex se virum constantem movere poterat.

Probatur.

Probat autem hanc sententiam Sanchez, quia, inquit, jura idè annullant Matrimonium, & concedunt rescissionem cæterorum contractuum, quando metus gravis intercedit, quia is metus liberum consensum impedit, & injuriam irrogat, ut con-

stat ex cap. *Cum locum*, de Sponsal. ibi: *Cum locum non habeat consensus; ubi metus intercedit.... Matrimonium autem solo consensu contrahitur.* l. *Continet*, ff. *Quod metus causa*, ibi: *Et si quis vi compulsus aliqua faciat, per hoc edictum restituitur, sed vim accipimus atrocem, & eam, quæ adversus bonos morum fiat.* Ubi Gloss. verb. *Atracem*, inquit: *in qua inest dolus.* Sed quando incutitur timor mali gravis, non minus impedit libertatem consensûs, nec minus injuriolus est, sed cogat eligere minus, sive majus malum, ergo utroque modo sufficit ad contractus rescissionem.

Et confirmatur; quia dum Ecclesia irritat Matrimonium, gravi metu contractum non attendit ad privatum contractum bonum, sed tantum ne faveat injuriolæ consensum extorquenti, & ne Matrimonium coacta infelices exitus habeant, ut constat dicto cap. *Cum locum*. Quæ ratio quælibet cum habet, sive ob metum eligatur minus, sive minus malum. Hactenus Sanchez, citans pro ea sententia plures Auctores. Et subdit: Qui dicunt Matrimonium metu contractum, eodemque consummatum, esse irritum, tenentur idem dicere: alius timor ille non caderet in virum constantem, & ita spontanea esset copula, ratiocaretur Matrimonium. Sic ille.

Nunquid audiendus? Attendite. Si copula, dicit aliquis, ratiocaretur Matrimonium; ergo prudenter posset eligi evitandam mortem; quia neque eligitur evitandum mortale, neque veniale, sed solum minus malum; sicuti Matrimonium, quod ex eodem metu eligitur, sicuti Matrimonium; ergo metus ille irritat Matrimonium, quod alio signo externo contrahitur, & Matrimonium, quod copulâ carnali contrahitur.

Porro ad probationem & confirmationem respondetur: Leges velle subtrahere homini constanti; nam requiritur metus, qui cadere possit in virum constantem, ut cogere virum constantem; jam autem supra vidimus ex Doctore Angelico, Socratico, & Subtili, vir constantem cogitur ad majus malum propter metum minoris mali; & idè talis metus non irritat libertatem consensûs, sicuti metus minoris mali. Ecclesia itaque irritans Matrimonium, aut saltem declarans irritum Matrimonium, metu extortum, sic attendit, ne faveat injuriolæ consensum extorquenti, & ne Matrimonia coacta infelices exitus habeant, inquam, attendit ad illa, ut tamen etiam attendit ad virtutem constantiæ, ne vir constantis secundum mores, id est, eligens licetum

dum rectam rationem minus malum, inde aliquid acciperet detrimenti.

Profecto qui secundum mores inconstanter agit, & qui sic operatur, ut merito censetur amittere constantiam & fortitudinis laudem, nullum meretur favorem, & sibi ipsi imputare debet, si inde accipiat aliquid detrimenti. Neque usquam leges distinguunt inter constantiam secundum mores; sive constantiam ex parte subjecti, patientis metum, & inter constantiam ex parte objecti; quasi hanc solum consideraverint, & non simul illam.

Dices: Leges in universum irritant contractum Matrimonii, ex metu gravi initum, cum tamen difficile sit, non intervenire mendacium in contrahente Matrimonio, per metum, dum is, qui timet, conatur decipere extorquentem consensum, & una cum verbis habet animum non adimplendi. Quod quidem verosimile est, praevidisse Ecclesiam, eoque non obstante, statuit, Matrimonium, alioquin contractus esse nullo. Signum ergo est, metum constantis viri considerasse tantum ex objecto.

Respondeo: valde facile est, non intervenire mendacium in contrahente Matrimonio per metum; neque enim intendit decipere; sed utitur jure suo, quod habet, exterius pronuntiandi verba Matrimonii & interius consentiendi quantum in ipso est. Audiamus Doctorem Subtilem supra num. 9. Et per hoc, inquit, possit responderi ad istud argumentum: ipse scit se non transferre corpus suum, quia non libere consentit, & signo exteriori ostendit se transferre: ergo mentitur. Respondeo: ostendit se transferre quantum in se est; sed scit, se non transferre, quia scit, hoc non ratificari a Superiori.

Si dicas (prosequitur Scotus) ergo ad hoc, quod non mentiat, oportet dicere: Accipio te in meam, si Dominus permiserit. Respondeo; ista conditio semper intelligitur, quantumcumque sit absoluta locutio; & isto modo debet intelligi absolute verbum ejus, Accipio te in meam, supple, quantum in me est, prae supposito violentia ista: et si Deus ratificaret, per talem consensum, qualem nunc habeo, traditionem corporis mei fieri, traderem tibi meum, & in tantum trado, quantum trado posse per talem consensum. Si ergo extorquens decipiatur sibi ipsi, vel ignorantiae suae imputare debet; potuit enim & debuit scire, talem consensum esse invalidum.

Hinc Averfa q. 4. sect. 3. §. In primis, putat, hanc diffensionem seu quaestionem posse magis esse de nomine, quam de re. Et in re praesenti, inquit, est inutilis. Nam hic agimus, quando eligitur contractus Matrimonii, quem quis tanquam sibi malum & incommodum recusabat, ad evadendum aliud

malum: ubi contrahere tale Matrimonium potest fieri absque peccato. Sed hoc ipso, quod quis eligit sic contrahere ad evadendum aliud malum; jam majus reputat hoc aliud malum; quam sic contrahere Matrimonium. Haec ille.

Idem advertit Pontius supra c. 3. num. 3. dicens: Quod ad contractus attinet, non videtur esse locus praesenti quaestioni. Quivis enim contractus ex natura rei potest celebrari absque ullo peccato, etiam si metus gravis incutiat; accidentaleque est, si in eo interveniat peccatum ex fragilitate celebrantis. Unde non mirum, si leges, quae de contractibus loquuntur, tantum respiciant grave malum ex parte objecti, quia sine peccato possunt contractus ex se celebrari, etiam si ex metu sint. Haec ille.

Planè possunt, dicit quispiam, sine peccato celebrari, & ideo leges respiciunt grave malum, non tantum ex parte objecti, sed etiam subjecti. Hinc l. 5. ff. Quod metus causa, sic ait Jurisconsultus: Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed majoris malitatis.

Scio Gloss. ibi verb. Sed majoris, sumere comparativum pro positivo, ut, Majoris, idem sit quod, Magni. Sed hoc ideo, ut significet malum, in se consideratum, debere esse magnum, & non tantum comparative ad minus malum. Nam aliqui dicebant; quicumque eligit minus malum, qualecumque illud sit, ut vitet hoc, verè movetur timore cadente in virum constantem; quia videlicet est timor majoris mali, comparative ad illud minus, quod eligitur; jam autem quilibet majoris mali timor cadit in virum constantem, quod probant ex illa lege. Et praeterea; quia viri fortis & constantis est, inter duo impendentia mala minus eligere. Confirmatur; quia hic timore operatur, & non cadente in virum inconstantem, cum constanter & prudenter agat; ergo cadente in virum constantem.

Sed hanc sententiam improbat Sanchez supra disp. r. n. 12. quia timor ille, quamvis majoris mali, tamen non impedit libertatem; & ideo non cadit in constantem virum, prout jura illum metum considerant in ordine ad rescissionem contractuum.

Si inferas: Ergo sufficit gravis metus ex parte objecti, id est, ut malum, quod timeatur, absolute sit grave, quamvis sit minus, eo quod eligitur. Respondeo: sententiam affirmativam non esse improbabilem. Interim, quia negativa communis est antiquorum DD. Hinc Respondeo 2. negan. Consequent. juxta superius dicta; quia quamvis talis metus aliquo modo tollat libertatem, sicut etiam metus gravis, qui

Idem judicat Pontius;

189. Contra arguitur. L. 5. ff. Quod metus caus.

An sufficiat eligere minus malum, quodcumque illud sit.

Sententia affirmans improbat ex Sanchez;

190. Objectione solvitur.

justè incutitur, non tamen ita, sicut metus majoris mali, quia sibi imputare debet, quòd ex illo metu operetur, cum secundùm rectam rationem non deberet operari; & idè censetur magis liberè operari, quàm ille, qui secundùm rectam rationem ex metu operatur.

Cæterùm, sicut statim dixi, etiam opposita sententia satis probabilis est, propter rationes superius allegatas; & fortè non contradicit Scoto, qui videtur solùm voluisse ostendere, quomodò, etiam sine omni peccato, possit aliquando homo ex metu aliquid facere; an autem absolute requiratur, ut sine peccato fiat, ad hoc ut Matrimonium non valeat, ibi non videtur definire. Atque hæc de prima conditione.

191. Requiritur quòd malum probabiliter sciatur inferendum.

Quatuor aliæ conditiones, quas Sanchez supra separatim explicat, in eo videntur consistere, quòd homo, sicut dicit Scotus supra in verbis allegatis, Non levi estimatione, sed certitudinaliter, saltem certitudine sufficiente in actibus humanis (id est probabiliter & rationabiliter) scit malum sibi inferendum. Nam ad illam scientiam requiritur, quòd ille, qui metum incutit, potens sit minas executioni mandare; imò quòd sit solitus minas exequi, & ille, qui timeret, non possit facilè occurrere malis, quæ timerentur, ut implorando alicujus auxilium, consulendo Superiorem &c.

Probatur ex l. 7. ff. Quod metus caus.

Patent hæc ex jure l. 7. ff. Quod metus causâ, ibi: Proinde si quis meticulosus rem ullam frustra metuerit, per hoc edictum non restituitur, quoniam neque vi, neque metus causâ factum est. Tunc autem quis frustra metuit, quando qui minatur, vel non potest malum inferre, vel non solet inferre, vel ipse facili negotio potest malo illi occurrere.

192. Item ex l. 7. ff. de leg. Iuliam Majestatis & l. 9. Cod. de His qua vi.

Hinc benè dicit Jurisconsultus l. 7. ff. Ad legem Juliam Majestatis: Hoc tamen crimen à iudicibus non in occasione ob principalis Majestatis aitis venerationem habendum est, sed in veritate. Nam & personam spectandam esse, an potuerit facere, & an ante quis fecerit &c. Et melius l. 9. Cod. de His quæ vi &c. Metum non jactationibus tantùm vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenit. Ubi Gloss. verb. Jactationibus, inquit: Quia præsens metus accipiatur, ut ff. eod. Metum, 3. in principio, & distingue, quæ persona sit, quæ jactavit se illaturam vim, vel metum, potens vel non, de qua sit verisimile, quòd inferre possit, ut infra, Ex quib. cau. m. l. 2. & 3. & ff. eod. l. Non est, in princip. & secundùm hoc dic, quòd hæc duo verba: Jactationibus, & Contestationibus, intelligantur in eo, qui dicitur fecisse metum, ut jactatio dicatur, quæ sit præsepte nullo, contestatio, quæ sit præsepte plurimis.

193.

Audiamus Doctorem Seraphicum, qui, teste Sanchez supra n. 19. hanc rem egregiè

significavit supra n. 5. ibi: Metus duplex est: qui in virum constantem cadere potest. Letus est cum quis parvum malum minatur, vel dicitur minatur, de quo præsumitur, quòd inferre non possit, & talis metus non facit contractum adeò defectivum, quòd impediat Matrimonium contrahendum, vel dirimat jam contractum, sed consensus cum tali metu facit Matrimonium. Tunc autem est metus justus, quando aliquis conatur damnum mortis, mutilationis, servitutis, & stupri. Tunc autem cadit in virum constantem, quando præsumitur probabiliter, quòd ille qui minatur, possit minas implere, nisi tamen esset timendum, si simplex iusticia minaretur Duci.

Non ergo requiritur vera & realis illius poenarum (quia sic non timor, sed certum dicitur) sed sufficit probabilis periculum proximæ illationis mali. Quod probabiliter intelligens Jurisconsultus leg. 7. Quod metus causâ, ait: Sed et si, ne prodatum metus qui deprehenderit, alienaverit: jactaverit & hoc edictum videtur: quoniam si prodatum esse potuerit ea pati, licet mortem vel servitutem.

Adde l. 3. 4. 5. & 6. ff. de Mortis causa donat. quæ sic sonant: Atria causa dicitur licet, non tantum infirma valetudo causa, periculi etiam propinqua mortis, vel de illa vel à prædonibus, vel hominis potentia, aut odio, aut navigationis incertitudine, per insidiosa loca iurus. Aut etate si quis enim omnia instans periculum damnorum. Glossa in Bone, 23 de Elest. verb. Timentant, inquit: vim sibi fieri in ista est, violentam impressionem, & jactationem liberam potestatem eligendi, non impeditur: & ideo tenuit eorum appellationem propter justum metum impressionis, & non jactationis timor sufficit, licet impressio secuta non sit.

Atque juxta jam dicta intelligenda sunt Jurisconsultus leg. 9. ff. Quod metus causâ. Metum autem præsepte accipere debemus suspicionem inferendi ejus; & ita de suspitionibus lib. 28. scribit: ait enim, metum illatum accipiendum, id est, si illatus est timor ab aliquo, nique tractat: si fundum meum dereliqueris, dicit quòd quis cum armis veniret: tunc illatus locus sit; & refert laborem excogitavit, tunc locum non esse, & unde vi interdictum est, quoniam non videor vi dejectus, quod non expectavi, sed profugi. Aliter atque, si quis quam armatis ingressi sunt; tunc aliter, ait lex; Si illatum est malum ab aliquo, tunc illatus est timor ab aliquo; hoc est, si timor probabiliter de proximo malum inferendum, & tunc est metus præsepte, & non tantùm suspicio metus inferendi. Itaque potest esse metus præsepte de futuro periculo inferendo, & hic sufficit ad reddendos contractus, & per consequens ad reddendos contractus, & per consequens ad reddendos contractus.

validandum Matrimonium, si reliqua adfint.

Immo crediderim (inquit Sanchez supra n. 16.) quamvis regulariter ad metum justum exigatur, malum, quod timetur, esse jamjam impendens; quia multis viis occurri potest periculis futuris longè distantibus: verum si certum esset, illi gravi malo, multo post tempore probabiliter eventuro; non posse subveniri, nisi presentem contractum ineundo, judicandum esse metum gravem. Hæc ille. Cùm tamen ibidem n. 7. dixisset: Cùm omnes certò certius norimus nos morturos, mortem tamen valdè distantem minime timeamus. Vel ergo illa distantia non est ratio, quare mortem non timeamus, quam certò certius novimus eventuram, vel metus gravis mali, probabiliter eventuri multo post tempore, non videtur metus gravis.

196. Quæris à me; cur ergo non timeamus mortem? Dicam ex D. Aug. Sermon. 1. post Octavam Paschæ Dominicæ 2. quem Sermonem pro fe citat Sanchez, sed perperam, ut patet ex verbis, quæ subscribo: Nemo, inquit S. Doctor, futurorum metum cogitat. *Diem & iram domini, & incredulus ventura supplicia & statuta perfidis æterna tormenta nemo considerat, quæ metueret conscientia nostra, si crederet; quia non credit, omnino non metuit; si autem crederet, & caveret, si caveret, & evaderet.* Nihil aliud ad propositum ibi loquitur D. Aug. Ergo non metuimus mortem, quia nimium distat; quomodo hoc sequitur, vel colligitur ex illis verbis? Non metuimus ergo, nec mente trepidamus, propter mortem certò certius eventuram, defectu debita considerationis, & quia, quo tempore eventura sit, planè incertum est.

Cæterum sufficere etiam aliquando suspicionem metus, videtur satis clarè exprimi in l. 7. ff. Quod falsetur. &c. ibi: Non semper tutor convenitur, nec sufficit, si sciens auctor fuit. Verùm ita demum, si dolo malo auctor fuit. Quid si compulsus, aut metu ne compelleretur auctoritatem accommodaverit, nonne debet esse excusatus? Ergo iusta & probabilis metus suspicio excusat; secus vana & frustranea, de qua loquuntur jura supra allegata, quæ videntur negare suspicionem sufficere. Ita Sanchez supra n. 17. cum aliis, quos citat.

197. Sed dicit aliquis; & quæ sunt mala gravia, quæ constituunt metum gravem, seu quæ requiruntur, ut metus possit cadere in constantem virum? Aliqua enumerat D. Bonav. supra; ibi: Tunc autem est metus justus, quando aliquis comminatur damnum mortis, mutilationis, servitutis, &c. supra.

Eadem recenset Doctor Subtilis supra ibi: Et potest bene esse, quòd secundum rectam rationem sit sibi majus inconveniens, utpote mors, vel sustinere carcerem vel captivitatem, mutilationem enormem, stuprum. Atque ut signi-

ficaret, non hæc sola esse gravia, addit: Et similia mala. Quæ autem illa sint, ibi non dicit.

Pontius supra cap. 3. n. 3. specificat exilium, ut, inquit, expressè docet Scotus in 4. dist. 29. q. unicâ; sed in libro, quo ego utor, ly Exilium, in tota illa quæstione ne vel semel legitur; in quo libro ipse legerit, nescio. Interim sub ly Similia mala, exilium posse intelligi statim videbimus. Prius quæ hic expressè ponuntur, ex jure tam Canonico, quam civili confirmemus.

Merum mortis posse cadere in constantem virum, habetur cap. Cum dilectus, 6. de His quæ vi & c. ibi: Cum neque metum mortis neque cruciatum corporis contineret, & idè non debuisset cadere in constantes. Ergo à contrariò sensu, si metum mortis aut cruciatum corporis continuisset, potuisset cadere in constantes. Et quid clariùs, quàm quod dicitur l. 7. ff. Quod metus causa? Proinde si quis in furto aut adulterio deprehensus, vel dedit aliquid, vel se obligavit, Pomponius lib. 28. rectè scribit, posse eum ad hoc edictum pertinere timuit enim vel mortem, vel vincula.

Idemque habetur l. 8. eod. ibi: Et Prætor non aspicit, an adulter sit, qui dedit, sed hoc solum, quòd hic accipit metu mortis illato. Et ratio est: quia omnium terribilium finis est mors.

Cùmque mutilatio sit quædam mors partialis membri; arg. cap. 4. dist. 55. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat Clericus, quia sui est homicida, scilicet partialis; hinc idem de ea decernunt jura, dicto cap. Cum dilectus. Nam indubiè est cruciatus corporis. Et leg. 13. Cod. de Transactionibus, ibi: Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea, quæ consensu terminata sunt, sufficit; sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat. Item l. 4. Cod. eod. Si per vim vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio a vobis extorta est &c. Et l. 7. eod. Si donationis, vel transactionis, vel stipulationis, vel cujuscumque alterius contractus obligatioms confectum instrumentum, metu mortis, vel cruciatus corporis extortum &c. Hoc ratum haberi secundum edicti formam non patietur.

Quantum ad metum servitutis, quem justum existimat supra Doctor Seraphicus, ita scriptum habemus l. 4. ff. Quod metus causa. Ego putò etiam servitutis timorem, similiumque admittendum. Et l. 8. eod. ibi: Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta statim mei interver surus est, nisi demum non dubitatur, quin maximo metu compellatur: utique si jam in servitutem petor, & illis instrumentis perditis, liber pronuntiarì non possum. Ubi Gloss. verb. Metu: Servitus enim est similis morti: ut infra de Condit. & demonstr. l. Interdicit, in fine, qui talis

Pontius,

198.

Mortem esse grave malum, probatur ex c. 6. de His quæ vi.

Es l. 7. ac 8. ff. Quod met. caus.

199.

Idem probatur de mutilatione.

C. 4. dist. 55.

L. 13. C. de Trans. l. 4. & 7. eod.

200.

Idem probatur de servitute. ex l. 4. ff. Quod met. caus.

talis est: Non idem erit dicendum, si ea pena in eum statuta fuerit, quæ irrogat servitutem, quia servitus mortis assimilatur.

201. Quod autem de servitute, idem dicendum putat Sanchez supra disp. 5. n. 7. de captivitate timore; quia est quædam servitus. Item; quia longè majus damnum est, quàm carcer, cujus timor in virum constantem cadit, ut habetur expressè l. Timorem, 7. ff. Quod metùs causâ, ibi: *Timuit enim vel mortem vel vincula.* Et l. 22. eod. *Qui in carcerem quem destruxit, ut aliquid ei extorqueret: quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.*

L. 7. & 22. ff. Quod met. caus. Pontius.

Idque non tantùm intelligo, inquit Pontius supra, de gravi carcere & atrocibus vinculis; sed de quovis carcere, etiam privato, vel etiam si præstita fidejussione in aliquo loco manere cogatur, ut latè probat Farinacius 1. p. praxis crim. q. 5. n. 17. & q. 35. per totam. Ita Basil.

Scotus.

Pro quo citari posset Scotus supra, ubi inter gravia mala recenset absolutè, *Sustinere carcerem.* Unde & pro illa sententia eum citat Sanchez supra n. 9. quæ & alios plures, tam Theologos, quàm Jurisperitos, habet patronos, quos ibidem adducit Sanchez.

Sanchez.

Quàmvis etiam non desint, qui explicent de carcere perpetuo. Ita Gloss. in l. Ego puto, ff. Quod metùs causâ, verb. *Servitutus*, dicens: *Ut si ego inclusus timeam, ne server in perpetuis vinculis.* Meliùs tamen dicendum est, inquit Sanchez, intelligi de carcere diuturno, & de vinculis atrocibus. Tunc enim est gravissima poena; secùs ubi carcer brevis esset. Respondeo; hic non quæritur de gravissima poena, sed de gravi poena.

202. Etiam de stupro ex l. 8. ff. Quod met. caus.

Ultimo loco D. Bonav. & Scotus expriment stuprum, quod intelligendum est, sive in viro, sive in muliere. Habetur autem l. 8. ff. Quod metùs causâ, ibi: *Quod si dederit, ne stuprum patiat, vir seu mulier, hoc editum locum habet: cum viris bonis iste metus major, quàm mortis esse debeat.*

Sanchez.

Quæris à me; quid in hac lege intelligatur per stuprum, an sola oppressio virginis, quæ communiter illo vocabulo significatur, an verò oppressio cujuscumque mulieris sive honestæ, sive etiam inhonestæ, viduæ aut conjugatæ? Respondeo cum Sanchio supra n. 12. & aliis: in foro conscientiæ intelligi oppressionem cujuscumque mulieris, etiam inhonestæ.

203. An per stuprum intelligatur oppressio cujuscumque mulieris. Seraphinus.

Probat Sanchez: nam metus perjurii cadit in virum constantem, cujus rationem reddit Seraphinus de Privileg. Juramenti, privil. 29. n. 1. quia si metus perdendi honorem est justus, à majori metus amittendæ salutis æternæ, quæ per peccatum perjurii perditur. Sed hæc ratio militat in nostro casu; quàmvis enim absolutè fieri possit, ut mulier vi oppressa non peccet, equidem exponitur

manifesto periculo peccandi mortaliter. Unde, inquit Sanchez, dum textus & DD. loquuntur de stupro, exponunt casum frequentiore, non tamen quod velint accipere ad illum.

Dixi consultò: In foro conscientiæ, quia in foro externo non præsumeretur mulier honesta, ducta eo timore, ne vi opprimeretur, ad contractum ineundum; sed mulier honesta sive vidua, sive nupta; quia eadem ratio in ipsis militat; siquidem dicta lex non consideravit signaculum virginem, cum idem dixerit in viro; sed rationem subdit: *Cum viris bonis iste metus major esse debeat, quàm mortis.* Jam autem etiam bonis mulieribus, nuptis & viduis, metus opprressionis violentæ, major esse debet, quàm mortis.

Cæterùm, his malis jam explicatis, communitè, tanquam similia, annumeramus, Primò; grave exilium, quod tamen non in jure exprimitur, nec etiam in Scoto, ut supra notavi contra Pontium. Interim notatur posse comprehendì sub carcere et servitute. Secundo; amissio statûs, in contractu (inquit Sanchez supra n. 10. *Sex. l. ff. quod metùs causâ, & etiam in l. de D. Tho. 4. dist. 29. q. un. a. 1. et 2. contenti mala, quæ justum metum occasionant. Stupri sive statûs, verberis atque metus.*

Sed, meo judicio, ex isto versu nihil inferitur, quàm amissionem statûs per se esse grave malum. Colligo ex præcedentibus verbis: *Sed quod damna corporalia sunt minorâ quàm illa, inter quæ sunt præcipua, quæ ad periculum continentur, sicut mors, verbera, debonitas, stuprum, & servitus; & ideo ex illis non agitur ad alia damna corporalia sustinenda.* Ergo D. Thomas per stuprum, & carcerem non aliud intelligit, quàm dehonestationem sive amissionem statûs per stuprum.

Similiter dicta lex: *Isi*, non loquitur de amissione status per servitutem, sed ex his verbis legis. *Utrique si jam in servitute petor.* Ubi Gloss. *Hic duo dicitur Plac. Item quod ita demum habeat locum hic §. si non tamen revocetur in servitutem.* Ergo non intelligitur ibi Jurisconsultus, nili de amissionem statûs per servitutem.

Ex quo ergo probatur, quod amissio statûs sit grave malum? Respondetur ex communi sensu DD. & ratio est; quia in contractu viro bono gravior est honoris jactura morte ipsa; ita etiam amissio statûs, etiam si propter hanc rationem, honoris jactura censetur grave malum, ita etiam amissio statûs honorifici, v.g. nobilitatis.

Quod autem honoris jactura sit grave malum, videtur sentire Gloss. cap. *Casus ad l. de verborum significatiõne, de his quæ vi, & quia notatur*

lis est, majorem partem hic adscribo: Non solum in duobus istis (metu scilicet mortis, & cruciatu corporis) sed etiam in pluribus aliis casibus excusat metus. Quandoque metus verborum, arg. 7. dist. Fuerunt, & 23. q. 8. Convenior, & ff. de Acquir. hered. Qui in aliena, §. ult. Quandoque metus rerum, §. 1. dist. Presbyteros, & supra eod. Abbas. Et propter metum libertatis exigere non possum, que oneranda libertatis causa stipulatus sum, ff. Quorum rerum actio non datur. l. 1. §. Quae oneranda. Quandoque metus iudicis, 2. q. 1. In primis, vel alicujus potentis, Cod. eod. iii. l. pen. & ult. Quandoque metus status vel honoris, vel sui ipsius vel filiorum, & metus stupri, ff. eod. lti quidem. Item quandoque non tantum metus, sed suspicio metus excusat, ff. Loca. Habitatores. §. ult. Quandoque metus mortis, aut cruciatu corporis tantum excusare videtur, ut hic, & Cod. de Transact. Interpositas. Unde videtur relinquendum arbitrio iudicis, an verba, vel minae, vel potentia hominis sit justa causa metus ut ff. Ex quibus cau. m. l. 3. & arg. ff. eod. Non est verisimile.

Et quibus interjectis: Quis, inquit, metus excusare possit patet per hunc versum Hostien.

Excusat carcer, status, mors, verbera, stuprum. Excusare metus hos posse puta, quia necis.

In quibus verbis Glossa non tantum expressè ponitur metus honoris, sed etiam status. Sanchez supra putat metum honoris debere intelligi per metum verborum; non enim, inquit, video de quibus verbis intelligi possit, nisi quando metum incutiens est vir dicax & contumeliosus, facileque in verba detractoria prorumpens.

Et verò de similibus verbis loquitur primus jus, quod citat Glossa, scilicet cap. Fuerunt. 2. dist. 7. ibi: Leges autem redigere in libris primus Consul Pompejus instituit voluit: sed non perseveravit obreclatorum metu. Verum lex, quam citat, scilicet, 6. ff. de Acquir. & c. §. ult. ibi: Qui metu verborum vel aliquo timore coactus fallens adierit hereditatem, secundum Glossa, in positione casus loquitur de verbis comminatoriis: Titius, inquit, instituit sibi heredem Sejum, & decessit: & cum Sejus hereditatem adire vellet venerunt duo de creditoribus dicti Titii, & dixerunt ei: Si tu non adeas occidemus te; Vel nihil ei dicendo intulerunt ei timorem justum, vel non justum, ad hoc ut adiret.

Quidquid sit de hoc, non est necesse, ut impræsentiarum per metum verborum, intelligamus metum honoris, quandoquidem Glossa ut distinctos metus, eos enumeret.

Sed quid dicam de metu armorum? Et ipse inter justos metus computatur à Sanchio supra n. 5. Pontio supra n. 3. & aliis Auctoribus, licet etiam portans arma, eis de facto

non utatur; arg. l. 3. ff. de Vi; & de vi armata, ibi: Qui armati venerunt; etsi armis non sunt usi ad deiciendum, sed deiecerunt: armata vis facta esse videtur; sufficit enim terror armorum, ut videantur armis deieisse.

Nota autem, quòd sequitur in eadem lege: Si quis autem visis armatis, qui alibi tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non videtur dejectus: quia non hoc animo fuerunt, qui armati erant, sed alio tendebant. Itaque qui solà armorum vanà suspicione fundum deferuit, non censetur coactus justo metu; sed requiritur, ut ad fundum venientes spectaverit, vel saltem eo properantes viderit, & timuerit probabiliter, etsi armati ingressi non fuerint.

Et hætenus de his, quæ certiora sunt. Magis autem dubitatur de aliis quibusdam malis; atque in primis de infamia, cujus metum non cadere in constantem virum, putant nonnulli; arg. l. 7. ff. Quod metus causâ, quæ sic incipit: Nec timorem infamiae hoc edito contineri; Pedius dicit lib. 7. Quod Glossa ibi verb. Infamiae, intelligit de sola infamia facti, dicens: Scilicet de facto: ut quia dicat, quòd malam cantilenam cantabit de me: fecit si infamia talis est, quæ habeat juris effectum, ut infra eod. l. lti, §. fin.

Glossam hanc, pro ultima parte, sequitur Sanchez supra n. 14. dicens: Metus infamiae juris est viri constantis. Ut si quis deprehensus in delicto infami, comminetur fore, ut eum prodât; sic expressè habetur l. Nec timorem. 7. & l. Ipsi quidem. 8. §. fin. ff. Quod metus causâ. Hæc ille.

Sed tu nota Lector; l. Nec timorem, nequam loqui de sola infamia juris, de qua tamen hic tractamus, sed de infamia juris, quæ adjunctam habeat mortis aut vinculorum poenam. Deinde, §. fin. l. Ipsi, nihil dicitur ad hoc propositum. Subscribo verba §. Hæc quæ diximus ad editum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis: cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur. Vel si dixeris, §. finalem incipere ab illis verbis: Si is accipiat pecuniam &c. constat ex dictis, in illo non esse sermonem de infamia, saltem sola, sed de servitute & stupro.

Atque ex hoc fortè motus fuit Tabiena, qui verb. Impedimentum, Impedim. 9. q. 1. n. 2. sic ait: Timor talis infamiae (intelligit infamiam juris) vel habeat poenam adjunctam mortis, vel cruciatu, & hujusmodi; & sic continetur in præmissis: si verò non habeat talem, vel similem poenam, faciliter potest provideri, ut dicit S. Tho. Glossa potest intelligi de infamia, quæ habet adjunctam talem poenam. Hæc ille, magis conformiter juribus jam allegatis.

Quantum ad infamiam facti, quia illi ordinariè facile occurri potest, hinc regulariter non excusat; si autem non posset facile occurrì,

Sanchio & Pontio. L. 3. ff. de Vi.

208. An metus infamia cadat in constantem virum. L. 7. ff. Quod metus causâ.

Sanchez;

209. Sententia affirmans infamiam juris cadere, expenditur;

Tabiena;

210. Infamia facti regulariter non excusat;

206.

Videtur quod Sanchez;

207.

Videtur quod Sanchez;

curri, & alioquin infamia esset gravis, & alijus momenti, putat Sanchez supra n. 15. etiam metum illius cadere in constantem virum; quia ut dicitur Proverb. 22. v. 1. *Melius est bonum nomen, quam divitia multe;* led timor amissionis magni patrimonii, cadit in constantem virum, ut statim dicitur, ergo &c.

Prover. 22.

Sanchez.

L. 9. ff. de Manumiss. vind.

Secundò (inquit Sanchez) quia timor infamiae æquiparatur metui mortis, l. 9. ff. de Manumiss. *Justa causa manumissionis est, si periculo vitæ infamiaeve dominum servus liberaverit.* Ubi Gloss. verb. *Infamiaeve.* Quod, inquit, simile est periculo vitæ: ut & supra, *Quod metus causa.* l. liti. §. fin.

Sed supra ostendimus, illud jus non agere de solâ infamia, led quando habet adjunctam aliam poenam. Deinde, teste Sanchez supra n. 14. illud jus loquitur de infamia juris. Unde parùm videtur probare. Interim tanta posset esse infamia facti, ut meritò etiam æquipararetur morti; & tunc ratio naturalis dicitur, hujusmodi infamiam excusare. Sin autem infamia facti tantùm levis sit, & nullius momenti, de qua exemplificat Gloss. l. *Nec timorem*, supra allegata, patet eam non sufficere.

211.

An metus excommunicationis sit gravis? Gloss. in cap. Cùm dilectus, negat.

Præterea disputatur inter Doctores de metu excommunicationis. Gloss. cap. *Cùm dilectus*, de his quæ vi, verb. *Violentia*, simpliciter affirmat, non excusare; sic enim ait: *Quæ fuerit illa violentia ignoramus, & forte aliqua verba incusserant eis timorem, quæ non semper sufficiunt ad justum timorem.* ff. *Quod metus causa.* Metum. & infra, *Qui clerici vel vocentes.* Innuante. *Vel forte etiam minabantur eis excommunicationem, sed ille timor non excusat, cùm excommunicatio sit medicinalis,* 2. q. 1. *Mulii.*

Deinde; vel excommunicatio est justa, & tunc sibi imputet excommunicatus; aut injusta & non ligat. Ergo nunquam metus excommunicationis cadit in virum constantem. Multos pro hac sententia Auctores vide apud Sanchez supra n. 16.

212.

Gloss. in c. Olim, affirmat.

Porrò Alii, ad aliud extremum declinantes, dicunt simpliciter, esse timorem cadentem in virum constantem. Ita Gloss. in cap. *Olim*, 17. de Restit. spoliat. verb. *Timore*, ibi: *Nota timorem excommunicationis æquiparari metui, qui cadit in constantem virum: unde non præjudicat.* Et ratio est; quia cùm privet suffragus Ecclesie, fideliumque communicatione, est grave malum. Plures etiam pro hac sententia citat ibidem Sanchez.

Sanchez distinguit, & dicit metum justæ excō. non excusare, sed in injustæ.

Ipsè autem mediâ viâ incedit, dicens: metum excommunicationis justæ non cadere in virum constantem, quia tunc est medicinalis, ut excommunicatus à pertinacia, & inobedientiæ culpa resipiscat, & facile potest, ac tenetur sibi consulere obediendo; quòd si nolit, sibi imputet. Sin autem est in-

justa, tunc ejus metus cadit in virum constantem, quando ei non potest facile occurrere; ut si non potest sibi excommunicatus consulere appellando, vel quia non audeat obtemperantiam excommunicantis, vel quia non habet in promptu Superiorem, ad quem appellet, vel sunt necessarij sumptus, & est pauper, aut appellando est periculum in metu obtinendi ab solutionem, & impendet aliquid damnum de præsentibus ob excommunicationem. Ita Sanchez supra n. 17. & ff. cum aliis, quos citat.

Probat Primò; quia excommunicatio quàmvis injusta est timenda, 11. q. 3. c. 1. *Sententia Pastoris, sive justa sive injusta, est timenda.* Ubi Gloss. verb. *Timenda*, inquit: *Nisi in duobus casibus, scilicet cum sententia post appellationem lata, & cum continetur in rabilis errorem, extra de Sentent. excom. Per tuas.* Tertium casum apponunt quidam, cum pro indebitis exactiōibus aliqui excommunicantur, ut extra de Excessibus Prælatorum. *Quorumdam.*

Ratio autem exceptionis horum casuum est; quia in illis non tenet excommunicatio ne quidem in foro externo. Colligitur ex Gloss. in dict. cap. *Per tuas*, verb. *Interdilectum errorem*, ubi sic lego: *Erronee sententia potest dici quodlibet peccatum, in excommunicatione, quia non furatur: vel quia non dicit aliquam meretricem, vel quia non est in suo Prælati, vel si præcipiat aliquid timere vel turpe, ut dictum est, talis sententia nec aliquam obligationem inducit de facto jure.* Et in cap. *Quorumdam*, in fine ita dicitur: *Propter hoc in Ecclesiis vestras, vel Clericorum sententiam promulgaverim, ipsam sententiam non tenere.* Jam autem sententia, quæ non tenet, etiam in foro externo, non est timenda; quia ex ea nulla infamia necque ad aliquid obligat; at però hoc de excommunicatione, quàmvis injusta, tamen in foro externo, infamiae notam non gat, saltè apud eos, qui excommunicatione in justitiam non perceperunt, & ob id ad multa, propter vitandum scandalum.

Probat secundò: quia nulla metus per excommunicationem potest jure canonico transferri, c. *Corripiantur*, 24. q. 3. Et cap. *Sancti* de Sentent. excommunic. appellat. in qua poena: & in Trident. sess. 25. de notat. c. 3. appellatur gladius & nervus Ecclesiasticæ disciplinæ.

Probat tertio: quia nihil ita formidandum est, quàm ab Ecclesia separari, c. *Aboliti*, 11. q. 3. quod fit per excommunicationem.

Tandem probat; quia non levis poena est inter homines esse, & eorum confectio privari, l. *Hi qui sanctam*, C. de Apollatis. sic sonat: *Hi qui sanctam fidem prodiderunt,*

sanctum Baptisma hereticè superstitione profanarunt, à consortio omnium segregati sint, à testimonio alieni, testamini (ut ante jam sancimus) non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, à nemine scribantur heredes. Quos etiam præcipere procul abjici ac locis amandari; nisi pœnæ visum fuisse esse majoris, versari inter homines, & hominum carere suffragiis.

Itaque excommunicatio injusta non est medicinalis, sed pœna injuriola; & quàmvis non liget coram Deo, ligat tamen in foro externo, & cogit excommunicatum; gratià vitandi scandali, ut abstineat publice à Divinis Officiis, Sacramentis, & fidelium participatione, quæ sunt gravia damna, ac jure optimo pertimescenda.

Restat ut aliquid dicamus de metu amissionis bonorum; nam & de illo controversatur, an cadat in constantem virum. Et verò non cadere videtur colligi ex cap. Cum dilectum. de his quæ vi, ibi: Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, nec cruciatum corporis contingeret, & ideo non debuit cadere in constantes. Sed metus amissionis bonorum non est mortis, nec cruciatu corporis, ergo &c. Confirmatur ex cap. Omnes causationes, 7. 32. q. 7. ibi: Nolo mihi proferas damna rei familiaris. Ergo metus paupertatis minimè excusat.

Sed ad hæc jura facilis est responsio; nam dictum cap. Omnes causationes, loquitur de peccato, scilicet de contractu Matrimonii cum secundo, vivente adhuc primo, quæ autem sic contrahit, adultera est, ut ibidem dicitur in principio capituli. Omnes causationes Apostolus amputans, aperitissime definiit, vivente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupsit (scilicet animo Matrimonium consummanti) Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris protestationem, patris auctoritatem, propinquorum catervam, servorum insidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quæ omnia indubiè sufficerent, ad contrahendum, sine animo Matrimonium consummanti; sed quando foret periculum, aut potius certa consummatio talis Matrimonii; cum potius omnia mala, etiam mors ipsa, eligenda sint, quàm peccatū.

Porro ad dictum cap. Cum dilectus, Respondetur; metum amissionis bonorum, saltem omnium aut majoris partis, æquiparari metui mortis; nam bona sunt quædam hominis vita; arg. l. Advocati, 14. Cod. de Advocat. divers. judic. ibi: Militant namque causarum patroni, qui gloriose vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteror defendunt. Ubi Gloss. verb. Vitam: Ut, inquit, non perdant, quod habent. Et

verò quid aliud est, laborantes perdere, quod habent, quàm perdere vel ipsam vitam, vel illa, quæ sunt necessaria, sive præcisè ut vivant, sive etiam, ut convenienter & honestè vivant?

Nonnè communis sententia docet, licitum esse occidere furem in defensionem suarum facultatum, quando illæ facultates sunt magni momenti, nec est probabilis spes aliter illas recuperandi? Si effringens fur domum, sive effodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit; percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Exod. 22. v. 2. & 3. Quod non ideo tantum dicitur (inquit Lessius de Justit. & Jure lib. 2. cap. 9. num. 66.) quòd nocturnus fur præsumatur venire ad occidendum, diurnus minimè: sed potissimum ideo, quòd ea, quæ nocte surripiuntur, ordinariè non possunt recuperari, fure ignoto: ut rectè docet Joan. Medina Cod. de Reilit. q. 4. Ea verò quæ interdum, plerumque possint. Hæc ille.

Sed S. Augustinus super Exod. hujus potissimè rationis, nullam facit mentionem, dicens: Intelligitur ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur: Si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc enim est quod ait: Si oriatur sol super eum &c. quia potuit discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset, & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus secularibus (quibus ista est antiquior) invenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit: jam enim plus est, quàm fur. Ita refertur extra cap. 3. de Homicidio.

Interim Lessius probat suam sententiam ex cap. 2. eod. ibi: Si autem sine odii meditatione te tuæque liberando, hujusmodi diabolis membra (loquitur de furibus & latronibus) interfecisti (secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid jejunare volueris, bonum est tibi & elemosynam fac largier. Ubi Gloss. verb. Bonum est tibi, inquit, Saltem ad cautelam: quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur, supra de Obser. jejun. Consilium, §. 2. Ergo censet Glossa, in illa occasione nullam fuisse culpam.

Sed responderi possent: d. cap. non loquitur de sola liberatione bonorum temporalium, sed etiam propriæ vitæ, ut patet ex illis verbis: Te, tuæque liberando.

Probat præterea ex cap. Dilecto filio, 6. de Sententia excom. in 6. ibi: Præterea, cum omnes leges, omniaque jura vim vi repellere, cum illi que sese defendere permittant: licuit utique ipsi Decano (si prædictus Ballivus cum bonis

218. Quando licet occidere furem in defensionem bonorum. Exod. 22.

C. 3. de Homic.

219. Probat Lessius, etiam subinde posse occidi furem diurnum. C. 2. de Homic.

Responsio.

220. Secunda probatio, ex c. 6. de Sentent. excom. in 6.

nis suis mundanis injurijsè spoliare, vel ea violententer occupare præsumperis, ut superius est expressum) contra illius violentiam injuriamve se emerit; tam gladio temporali, quam spiritali. Nam sequitur: Et quoniam adversus ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat, potuit se etiam spiritaliter, gladio videlicet utendo Ecclesiastico, defendere. Sed hic nulla expressa mentio occisionis corporalis.

221.
Tertio probat ex l. 9. ff. Ad leg. Cornel de Siciariis, & l. 4. ff. Ad leg. Aquiliã.

Quantum ad leges civiles, quas adducit idem Auctor supra ad hoc propositum n. 67. scilicet, l. Furem, 9. ff. Ad l. Cornel. de Siciariis, & l. 4. ff. Ad l. Aquiliam, illæ loquuntur de furibus nocturnis; Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parere ei sine periculo suo non potuit. Ubi Gloss. verb. Periculo, sic ait: Vel verius dic, quod nocturnum possit etiam recedentem & fugientem cum rebus occidere, licet se non defenat telo; unde dicitur periculo, scilicet personæ, vel rerum suarum: sed diurnum non ita facile: sed ita demum si resistat telo: & ita pro timore personæ tantum; & potest esse ratio, quia nocturnum, si recedat cum rebus, postea non recognoscatur; sed secus est in diurno, qui poterit accusari, & sic non facile occidi; arg. supra Ad l. Fuliam de vi pri. l. Hac lege. Item, quia tempus aggravat delictum, ut Cod. de Adult. l. Gracibus. Hæc Glossa. Ubi, ut vides, eandem reddit rationem, quare non liceat facile occidere furem diurnum, quam supra attulimus ex Lessio.

Uti & alia Glossa in dicta lege 4. ff. Ad leg. Aquiliam. Hæc sunt verba illius legis: Lex duodecim tabularum furem, noctu deprehensum, occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdum autem deprehensum, ita permittit occidere, si is se telo defendat, ut tamen æquè cum clamore testificetur. Ubi Gloss. verb. Ut tamen: Non est ergo, inquit, differentia, nisi quod in nocte quocumque modo se defendat, ut non capiatur, potest occidi, sed in die ita demum, si telo. Et est ratio; quia in die potest cognosci, & sic admitti debet, & potest accusari, ut infra de Fur. Bal. l. 1.

Sed quorsum hæc omnia? Ut ostendatur, quod amissio omnium bonorum, quæ est mors civilis, quia bona sunt vita civilis, jure merito æquiparetur morti naturali; cum pro tuenda vita civili possit, secundum Aliquorum sententiam, injustus invalor occidi, sicuti pro tuenda vita naturali; ac proinde sicut metus amittendi vitam naturalem, cadit in constantem virum, simili utique ratione in eundem cadere metus amittendi vitam civilem.

Quod autem de amissione omnium bonorum, idem videtur dicendum de amissio-

An etiam amissio majoris partis.

ne majoris partis; arg. cap. 1. de Relict. Epoliat. in 6. in fine principii ibi: Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui totâ sua substantiâ, vel majore parte ipsius, se per violentiam destitutum affirmat. Et l. Propter lucem, 2. ff. de Excusationibus, in principio: Propter lucem, quam quis pro pupillo habet, excusare se à testamento non potest, nisi forte de omnibus bonis, aut partem a parte eorum controversia sit.

Perinde autem videtur, an bona illa, quorum amissio timetur, sint magna in se, vel tantum modica, dummodò sint omnia, aut major pars; quia sicuti pauperi & inopi vita naturalis tam chara est, quam hominibus diviti, & æquali vi, per se loquendo, potest eam defendere; ita etiam vita civilis tam chara est homini pauperi, atque diviti, & æquali vi, per se loquendo, potest eam defendere; adeoque æqualiter timere amissionem; quia æqualem, si non majorem, periculum patitur inops, ablati sibi modice facultatis, vel majori earum parte, ac divitissimus.

Dico; Si non majorem; quia pauper aliâ mediâ bonorum parte relicta, non tradere minimè potest; dicitur autem potest, quia vis non tam commodè & honestè, licet bona adeò exigua essent, ut illis recedens deperditis, non idèo pauperior aut demoraliter loquendo, possidens efficiatur. In casu admittit Sanchez supra, metum ea amittendi non esse grave, cum id, quod modicum est, pro magno putetur, nullius momenti reputatur.

Et num. 24. cum Aliis, quos cum quæ sufficere, quod sit metus amissionis majoris partis bonorum, licet sine illa potest suam transigere: quia est gravis periculum, que ita virum constantem merito metum test. Et citat Gloss. cap. 2. de his que verb. Coactus, ubi ait: Nota quod si metum amissionis rerum suarum aliquis vel juret se facturum, & illud adimplet, potest repetere quod tali modo juramentum abjuravit; arg. 50. dist. Presbyteros. Et diliget de talibus rebus, sine quibus vita amittitur, vel paritur gravem jacturam.

Immo Sanchez num. 25. idem ostendendum, quando non est metus omnium bonorum, vel majoris partis, si sit metus amissionis rei magnæ & notabilis; que virum constantem jure optimo hoc metum. Quam etiam sententiam amplectitur Procius supra num. 9. & ante illos docuit Covarr. de Matr. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 1. & alii 32. & alii, quos videre poteris apud citatos Auctores.

Rogas; quid ego sentiam? Respondeo, sufficere metum amissionis talis rei, sine qua dominus, vel absolute non potest vitam transigere, aut saltem minus convenienter & honeste. Atque hoc satis indicat Glossa supra à Sanchio pro se allata, quando dicit: *Et intelligitur de talibus rebus, sine quibus vita corporis amittitur*, id est, sine quibus absolute vita non potest transigi, *vel patitur* (vita corporis) *gravem iacturam*, id est, minus convenienter & honeste potest transigi. Consonat cap. *Innocens*, quod citat Glossa: *Quisquis, inquit, se iuramento firmaverit aliquid facturum, quo vel corporalis vel spiritualis salus admittatur, vel sine quo utraque salus reparari vel confirmari non possit, fidem promissam servare prohibetur*.

Alioquin dicat nobis Sanchius, vel quisquis alius est, qui tenet illam sententiam, quænam sit illa res magna & nobilis, cujus amissio ceteri debeat gravis iactura, & iure optimo virum constantem terret. Nos afflignamus omnia bona, vel majorem partem, quia sine ipsis, vel absolute non potest vitam transigere, vel minus convenienter & honeste.

Nec hoc repugnat cap. 2. de lis quæ vi, ibi: *Qui eum à domo, & universa possessione expellerent*. Ergo requiritur metus amissionis omnium bonorum. Nam negatur Conscientia; quippe textus ille tantum narrat factum; non autem disponit generaliter de illis, quæ sunt necessaria, ut metus possit cadere in virum constantem, ut patet ex Glossa supra allegata. Et aliunde certum est, talem metum sufficere ad rescindendum contractum, tali metu initum, quod ibi solum decernitur; non autem talem absolute esse necessarium, quasi minor metus non possit sufficere.

Sed non quid jam dicta de amissione bonorum, etiam vera sunt de amissione instrumentorum totius, vel majoris partis patrimonii? Negat Glossa. *Isti quidem*, 8 ff. Quod metus causa, verb. *Metu*, ibi: *Sed quid in alio instrumento pretiosarum rerum? Fortè dic non idem* (quod de instrumento, quo libertas probanda est) *quia nec mors, nec quasi, vel cruciatus corporis intervenit, quod est necesse, ut Cod. de Transact. l. Interpositas*.

Sed contrarium dicitur in Additione sequentis tenoris: *Moderni dicunt, quod si instrumentum continet quantitatem omnium bonorum, vel majoris partis, quod idem est, sicut quando inferitur timor mortis vel pæne capitalis, ut Inst. de Execut. tur. §. Item propter, & in l. fin. Cod. de Revocac. dona. cum simi. secundum Baldum*.

Quæ sententia nobis magis placet. Nam idè metus amittendi instrumenta, quo libertas probanda est, cadit in constantem virum, quia metus servitutis cadit in constantem vi-

rum; ergo similiter metus amittendi instrumenta, continentia quantitatem omnium bonorum, vel majoris partis cadet in constantem virum, quia metus amittendi ista bona cadit in constantem virum, juxta jam dicta.

Patet autem responsio ad probationem Glossæ: *Quia nec mors &c.* Patet, inquam, responsio; quòd mors interveniat, quia sicuti amissio omnium bonorum, aut majoris partis æquiparatur morti, ita etiam amissio instrumentorum, ut dicitur in Additione.

Rogas iterum: an idem dicendum sit de metu amissionis magni lucri? Affirmant Aliqui apud Sanchez supra n. 27. Sed hæc sententia (inquit ipse n. 28.) universaliter intellecta minus vera est. Primò; quia donatio vel remissio, facta ex tali metu, valet; quippe non metui, sed cupiditati lucri sperati est imputanda. Item; quia perditio lucri, appolita sponfalibus, valet, nec viciat Matrimonium, estd alioquin pœna damni incurrendi non valeret. Ut si Maria instituat heres opulentissimæ hereditatis, si Titio nupserit. Et eadem est ratio; quia hæc non est vera pœna, sed invitatio spe lucri; spes autem & concupiscentia potius augent voluntarium, quàm minuunt. Undè & Professio facta ob spem lucri, aut, quod idem est, metu amittendi lucrum, valet, quàmvis alioquin gravi metu emissa annulleretur.

Ut ergo sit vera hæc sententia, intelligi debet, de lucro, hæreditate, aut beneficio, ad quod ille, qui metum patitur, habet jus, arg. l. fin. ff. Quod metus causa, ibi: *Si fenerator inciviliter custodiendo athletam, & a certaminibus prohibendo, cavere compulerit ultra quantitatem debitæ pecuniæ: his probatis, competens iudex rem suæ æquitati restitui decernat*. In qua prohibitione versabatur magna iniustitia; impediabatur enim lucrum, quo athleta vitam sustentabat, habebatque jus acquirendi, inquit Sanchez supra n. 28. quem sequitur Pontius supra n. 10.

Sed, meo iudicio, illud jus parum probat; quia ibi contractus ille rescinditur non per actionem: *Quod metus causa*, sed officio iudicis, ut notat Glossa ibi verb. *Decernat*, dicens: *Per officium suum*. Ergo non erat metus gravis; alioquin per actionem: *Quod metus causa*, potuisset & debuisset rescindi. Hinc Bart. ad illa verba: *Factum metu alicujus verecundie modicæ, officio iudicis rescinditur, non per hanc actionem*.

Interim tanta posset esse verecundiâ, & amissio tanti lucri, quòd etiam per illam actionem rescinderetur. Dico (inquit Sanchez supra) si quis vellet se opponere beneficio pingui, vique impediretur, nisi iret aliquem contractum, talem esse metum

M m m 2 vi

228. Quid dicendum de amissione magni lucri?

229. Sufficit in aliquo casu. L. fin. ff. Quod metus caus.

Sanchez, Pontius.

225.

226.

227.

viri constantis; quia contra iustitiam impeditur, ne lucrum comparet, ad quod intendendum jus habet. Et Pontius supra sic ait: Hinc colliges, si pater minetur filio, ablatum à Majoratu ea, quæ auxerat, iustum metum incutere, ut consideravit decisio Rotæ 242. num. 14. lib. 2. apud Farinac. Quia cum hæreditas sit debita filio, potius hujusmodi minæ continent damnum, quam lucri amissionem.

230. Probatur ex c. 6. de Instit.

Addit Sanchez aliam probationem, dicens; Confert ad hoc cap. *Cum venissent*, de Institut. ubi quidam timore ductus, ne Episcopus impediret possessionem Archidiaconatus, renuntiavit quibusdam juribus, & tamen illa sibi integrè restituntur. Per quem textum, Immo la cap. *Cum dilectus*, num. 9. de lis quæ vi, ait; metum perdendæ spei promotionis interdum cenferi viri constantis. Ubi pondero non dicere, semper, sed, interdum: nempe quando timens habebat aliquod jus: ut in casu illius cap. *Cum venissent*, ubi jus habebat ille, ut possessio Archidiaconatus sibi tribueretur. Hæc ille. Igitur & hæc sententia probabilis est.

Innuola.

231. Blanditiæ non inducunt metum viri constantis ex D. Bonavent.

Restat aliquid dicendum de metu reverentiali, importunis precibus, & blanditiis. Incipio à blanditiis, & dico: eas solas, estò forent Principum, & aliorum Superiorum, non inducere metum viri constantis, nec annullare contractus. Ita docet D. Bonavent. 4. dist. 29. q. 1. n. 8. dicens: *Ad illud quod obijciunt, quod consensus inducitur per blanditiæ, dicendum, quod blanditiæ non ita detrahunt de ratione consensus, sicut minæ; quia blanditiæ ad amorem excitant, sed minæ ad terro-*

Doct. subtili.

Consonat Doctor Subtilis ead. dist. q. un. n. 12. ubi sic scribit: *Ad tertium; in inductione per terrores multum est de involuntario, & parum de voluntario; è converso autem in inductione per blanditiæ & delicias: ibi enim multum est de voluntario, & parum de involuntario; quia in primo, si voluntas dimittatur sibi, statim resistit: in secundo autem, si jam alleccta dimittatur sibi, forsitan persequeretur illud, ad quod alleccta est: & idè non sic est involuntaria coactio per blanditiæ, sicut illa, quæ est per minas & terrores. Et ratio est; quia frequenter voluntas concordat appetitui sensitivo, qui ab aliquo magis convenienti patiens, magis & magis inclinatur; & è converso patiens ab aliquo disconvenienti, magis & magis fugit.*

Itaque blanditiæ regulariter magis augent voluntarium, quam minuunt; quam vis alioquin etiam possent minuere, tamen potius ab intrinseco, quam ab extrinseco; & idè talis diminutio non censetur officere libertati, quæ requiritur ad Matrimonium, & alios contractus. Hinc omnes judicant Matrimonium validum, ad quod juvenis allicitur per

blanditiis puellæ; immò etiam arte dæmonis per veneficia & incantationes.

Dixi consultiò: *Eas solas*; quia si tacite minæ insint, ut quia solet Princeps vel alius Superior sævire in eos, qui suis blanditiis resistunt, incutiunt metum viri constantis, ut statim dicemus de precibus.

Atque de talibus blanditiis intelligenda venit Gloss. l. un. C. Si Rector Provincie, verb. *Pignora*, ibi: *Nam hic sunt sponsæ sed Matrimonium esse non potest, ut l. Si quis officium, ff. de Ritu nupt.* ubi sic scriptum est: *Si quis officium in aliqua Provincia administrat inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, uxorem ducere non potest, quamvis spectare non prohibeatur.* Quam Glossam aliqui loquuntur, quos citat Sanchez supra cap. 7. n. 3. dicentes, blanditiis Principum induci metum viri constantis.

Sed intelligendi sunt, sicut dixi, quando blanditiis insunt tacite minæ. Alioquin, ut potius blanditiæ Principum inferret metum viri constantis, quam cujuslibet privati, nisi quia à Principibus timetur aliquod malum, quod non timetur ab aliis?

Hinc dicta lex unica ita loquitur in principio: *Si quis in potestate publicæ personæ, aut in honore administrandarum Provinciarum, quæ parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, et ipsis, quæ Matrimonium contrahere non potest esse terribilis &c.* Ergo de tali Principi loquitur ista lex (& per consequens Glossa qui potest esse terribilis. Et verò quomodo potest esse terribilis, si solis utatur blanditiis, sive, si blanditiis non insint tacite minæ?

Atque idem dicendum existimo de precibus non importunis; videlicet, an Princeps vel alius Superior possit esse terribilis, nisi solet tyrannicè tractare, sibi non acquiescentes, eas non inferre metum gratum. Colligitur (inquit Sanchez supra cap. 1. à contrario sensu ex l. fin. C. de His quæ ibi: *Venditiones, donationes, transactiones, per potentiam extortæ sunt, præcipuum in mari.* Ubi pondero verbum: *Extortæ*, non extorquere violentiam significat, l. *Fideicommissa*, §. *Si rem*, ff. de Legat. 3. Et in hoc sensu accipitur c. *Conquerente*, de Conc. non resid. Et ita Gloss. d. l. fin. verb. *Extortæ*, ait: *Intellige de tali extorsione, quæ inducit actionem: Quod metus causa.* Ergo talis potentia abque tali extorsione non habet effectum. Ita Sanchez.

Hæc sunt verba d. l. *Fideicommissa*: *Si quis suam testator legaverit, eamque necessitate urgente alienaverit: fideicommissum peti possit, nisi probetur, adimere ei testatorem voluisse: probationem autem mutata voluntatis ab hereditate exigendam.* Sed quid hæc verba ad propositam difficultatem? *Casu est*, inquit Glossa ibi: *Legavi Titio equum meum; postea, ante*

B
Sacrum
pa

quam moveret, sui effectus pauper: & propter necessitatem eum alienavi in alium. Postea decessi. Venit Titius ad heredes meos, & petit diem equum, vel justam estimationem equi; nunquid potest? Et dicitur, quod sic, nisi heredes mei probent, idem me alienasse equum, quia volebam ei adimere diem legatum seu fidei commissum. In quibus verbis nulla fit mentio vel extorsionis, vel violentiæ.

Porro in cap. Conquerente, lego quidem extorsionem, ibi: Annuatim viginti solidos extorquere conatur: Sed ubi violentia? Sanè Gloss. in casu, locoly Extorquere, utitur verbo: Requirebat, dicens: Quidam presbyter R. conquestus est Domino Papæ, quod G. Clericus requirebat ab ipso 20. solidos annuatim. Ita que hæc duo jura parum videntur mihi probare intentum.

Quod attinet Glossam, hæc ita sonat: Et intellige potentiam talem, de qua lex superior dicitur. 2. vel dic de tali, que inducit actionem: Quod metus causa. Lex autem superior in principio sic ait: Si per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum &c. Ubi Glossa per Impressionem, intelligit: Officii terrorem adhibitum. Et verò quis alius terror officii, nisi mala tractatio eorum, qui non acquiescunt precibus ejus, qui in officio constitutus est?

Itaque ubi alia tyrannis, seu mala tractatio in Principe non cognoscitur, ejus preces aut imperium non tantam vim habent, ut virum prudentem & constantem cogant; aliàs Principibus nihil petere liceret, & omnia, quæ ad petitionem Principum conceduntur, gravi metu deberent dici extorta, & per consequens, vel ipso facto irrita, vel irritabilia, quod est inauditum.

Dicitur quidem communiter; preces Principum imperii vim obtinere; sed hoc intelligendum est, non in omni rigore; sed quasi ex æquitate quadam, vel decencia aut urbanitate subditorum. Auctores pro hac sententia vide apud Sanchez supra.

Venio ad preces importunas, & dico: si ita importunæ sint, toties repetitæ, & tam diurnæ, ut merito censentur ipsæ grave aliquod malum vexationis, possunt causare gravem metum, æquè ac alia mala, quæ timentur injustè inferenda; tamen enim liberū sit cuique petere, nec in eo præcis peccet contra justitiam; uti etiam liberum est, & minimè injustum, negare id, quod petitur; equidem injustum est petere cum gravi alterius incommodo.

Dico: Gravi incommodo; quia hic queritur de metu gravi, sive tali metu, qui possit cadere in virum constantem, qui non solet moveri levi aliquo incommodo. Et hinc multi docent, preces importunas tunc solum inferre metum viri constantis, quando con-

junctæ sunt metui reverentiali, hoc est, quando sunt preces personæ, cui debetur reverentia. Auctores pro hac sententia vide apud Sanchez supra n. 5 & ipse n. 7. eam reputat probabiliorē: Cùm enim, inquit, ex una parte importunitas, cujuscumque sit, valde urgeat, ne dicam vexet & opprimat, & ex altera parte reverentia, personæ petenti debita, pusillanimitatem ac timiditatem, nec audentem contradicere rogatum reddat, meritò ac jure optimo utraque metuendi causa conjuncta, prudentem & constantem coget, ipsiusque consensum extorquebit.

Monuerim tamen (prosequitur idem Auctor) non quascumque preces assiduas, importunas dici, sed quæ sunt instantissimæ, & sæpius repetitæ & inculcæ; ut probat textus Authent. de Hæred. & falcid. in princ. vers. Semper igitur, Collat. 1. ibi: Semper igitur nobis importuni sunt. Ubi Gloss. verb. Importuni, ait: Id est, valde instantes. Quod idem probat textus l. 1. C. de Petitionibus bonorum, ibi: Sed quoniam plerumque ita in nonnullis causis, inverecunda petentium inhiatione confringimur. Ubi Gloss. verb. Inhiatione, ait: Id est, frequenti petitione. Quod etiam sacra Pagina significat Judicium 16. ubi importunas Davidæ preces sic explicat: Cumque molesta esset ei, & per multos dies jugiter adhaereret, spatium ad quietem non tribuens. Huculque Sanchez.

Equidem talem importunitatem precū, cō. junctā metui reverentiali, sufficere ad metum gravem, à plerisque admittitur; nam si solus metus reverentialis sufficit, ut infra videbimus, saltem quando adduntur minæ, etiam sufficere, quando adjungitur importunitas precum. Et de tali metu scriptum habemus cap. Petitio, 3. t. de Jurejurando: Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod Ecclesia Antiochena vacante, Princeps Antiochenus, rimens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis juramentum extorsit, quod contra ipsum de cætero non essetis.

Declarat autem Pontifex tale juramentum non esse observandum; quia, ut notat Gloss. ibi, verb. Extorsit: Juramentum per dolam sive metum extortum, cum de hoc constituerit, non est observandum: in quantum tangit negotia Ecclesiæ, vel etiam propria. Porro Innocent. & Hostiensis in præfatum textum Innoc. super verb. Extorsit, inquirunt, Extorsit, scilicet precibus importunis, vel etiam metu, qui caderet in constantem virum; ubi parificat preces importunas Principis, cui debetur reverentia, cum metu cadente in constantem virum.

Ad idem propositum adduci potest cap. C. 16. de Cum inter, 16. de Electione, ibi: Bone memorie Celestinus prædecessor noster prædictum R. seniores, sententiam cum instantia postulantes, ad componendum coegit invitum. Ubi Innoc.

Sanchez.

238. Quæ sint preces importunas.

L. 1. C. de Petit. bon.

Judic. 16.

239. Importunitas precum conjuncta metui reverentiali sufficit.

C. 31. de Jurejur.

Innoc. Hostiensis.

C. 16. de Elect.



noc. statim in princip. ait: *Invitum, quia de-
victum instantiâ precum, non privati hominis,
sed Pontificis.*

240.
*Aliqui do-
cent opposi-
tum.*
Abbas.

Interim Nonnulli oppositum docent, in-
ter quos Abbas dicit. cap. *Cum inter*, n. 8. ibi:
*Ex quo nota, quod preces instantissimæ Princi-
pis non inducunt iustum metum. Unde ad rescin-
dendum actum, non potest quis allegare maxi-
mas preces Principis, quod bene notandum. Quod
ego intelligo, nisi esset talis Princeps, qui solebat
male tractare, suis precibus non acquiescentes;
nam tunc puto quod istæ preces excusant, & ha-
bent vim iusti metus. Sic intellige textum jun-
ctâ Gloss. in l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. Qua-
rum rerum actio non datur. Hæc ille. Sed quæ
ratio? Quia non videntur huiusmodi preces
tantam vim habere, ut constantem virum
merito movere debeant.*

241.
*Alii putant
sufficere so-
las preces
importunas
Probant ex
Luc. 11. &
Iud. 16.*

Verum quod Abbati & Aliis, quos citat
Sanchez supra n. 6. non videtur, hoc Aliis
videtur; imò Multis, quos citat idem Au-
ctor n. 4. videtur, solas preces importunas
merito posse movere virum constantem. Et
probant i. ex illo Christi Luc. 11. v. 8. *Et si ille
perseveraverit pulsans: dico vobis, & si non da-
bit illi surgens, eo quod amicus ejus sit, propter
improbritatem tamen ejus surget, & dabit illi
quotquot habet necessarios.* Interpretatio Siria-
ca vertit: *Propter importunitatem ejus.*

Et fortius urget illud. Jud. 16. de Samso-
ne supra allegatum, ubi 70. legunt. *Et factum
est, quando vexavit illum sermonibus suis.
Chaldaica interpretatio ait: Cum molestaret il-
lum in verbo suo & oppressit eum.* Varabius
ibi n. 34. vertit: *Cum coarctaret & penè co-
geret: Abulensis super ea verba q. 15. in fine
ait: Molestabat, & per istum modum necesse
erat, quod tædio affectus exponeret veritatem.
Igitur preces importunæ habent vim oppres-
sionis & vexationis, & proinde metum gra-
vem incutiunt.*

242.
*Secunda pro-
batio ex Ex-
travag.
Execrabi-
lis.*

Probant secundò, ex jure tam Canonico,
quàm civili. Extravag. *Execrabilis*. Joan.
22. statim in princ. ibi: *Et improbitas impor-
tuna petentium à nobis, & prædecessoribus no-
stris, non tam obtinuisse, quam extorsisse ple-
rumque noscuntur.* Ubi Gloss. verb. *Improbi-
tas importuna* ait: *Id est, infesta seu inquieta,
per quam non concedenda frequenter concedun-
tur, C. de Pe. bo. subla. l. 1. lib. 10. extra de
Conces. præb. Detestanda, lib. 6. quare valere
non debent, vel saltem concessa revocari meren-
tur, ut dictis juribus, & extra de Purg. cano.
cap. Cum in juventute. de Rescriptis. Quia
per ambitiosâ lib. 6. Et verb. *Quam extorsisse*,
inquit: *Scilicet ab invito per talem importuni-
tatem, extra de Purg. cano. cap. Cum in ju-
ventute. Extorsio enim liberalitatem nescit, &
violentiam sapit, ff. de Legat. 3. l. Fideicom-
missa §. Si rem. quare per eam concessa, extorta
potius, quam obtenta dicuntur de Elect. Quo-
rundam. lib. 6.**

Et eandem importunitatem ad inferen-
dam vim, ponderat textus c. fin. de Reliqui-
tis in 6. quod sic incipit: *Quia per ambrosianam
importunitatem petentium &c.* Ubi Glossa
verb. *Importunitatem*: *Propter quam, inquit,
Princeps sæpè non concedenda concedit.* Ergo
nimia importunitas cogit Principem, necesse
privatos.

Adde unum aut alterum jus civile. Cal-
de Raptu virg. l. unica ibi: *Si enim ipsi rap-
tores metu vel atrocitate penæ ab iniuriis
facinore se temperaverint, nulli mulieri sine
volenti, sive nolenti, peccandi locus relinquatur. Quia
hoc ipsum velle mulierum ab iniuriis reprobis
hominis, qui medietur rapinam inducit. Nisi
etenim eam sollicitaverit, nisi ovisis artibus
cum venerit, non faciet eam velle in tantum
dedecus sese prodere.* Ergo nimia importunitas
violentiam infert, alias non esset raptus.

Confimiliter loquitur lex. 3. vet. *Quæ
volentem, ff. de Libero homi. exhib. lib. 1.
quis volentem retineat, non videtur alio malo
retinere. Sed quid si volentem quidem retinere,
non tamen sine caliditate circumventum, sed
seductum vel sollicitatum? Rati dicuntur de
malo retinere.* Ubi Jurisconsultus sollicitationem
æquiparat deceptioni, quæ voluntati
omniò repugnat.

Probant tertio ex D. Bernardo lib. 1.
Consideratione ad Eugenium, ubi dicitur
centiam, per importunitatem obtentam
esse licentiam, sed violentiam.

Ultimò Probant; quia importunam
pè repetita petitio, virum prudentem
tem gravius torquent, quàm minor, atque
est, quod non efficiat, ut preceps
& molestas evitet.

Breviter: unicum fundamentum
sententiæ est; quia spectatâ ipsâ natura
& rationis iudicio, adeò gravem molestem
inferunt instantissimæ preces, ut merito
vere debeant virum constantem ad
efficiendum. Si enim metus cruciatus
jus corporalis est cadens in virum constan-
tem, gravior cruciatus animæ est, cadens
preceps assidua. Itaque prudentes homines
gravissimam molestiam semper judicant.
Ita Pontius supra n. 17. ubi tenet licentiam
tentiam cum aliis, quos citat.

Sed responder Sanchez supra n. 9. ad
mum argumentum; illud solum probare,
preces importunas continere in se
coactionis genus; quare communiter
aliquis importunâ rogatione lacessitur, debet
dicere, hæc est violentia: minimè autem pro-
bat, esse metum cadentem in constantem vi-
rum: nec Samson constanter egit, dum, re-
ctus amore & importunitate mulierum
secretum suæ fortitudinis propelevit.

Ad secundum argumentum respondet
jus Canonicum probare importunitatem

quo modo cogere, non tamen probare de metu gravi & iusto. Jus autem civile loqui de persuasione dolosa, praesumit enim in illis importunis suasionibus dolum commisseri.

246. Ad tertium argumentum, dicit idem Autor, tantum probare, importunitatem esse genus quoddam quasi violentiae.

Ad ultimum; Si, inquit, attendantur primi motus irae & tædii, quorum nimia importunitas causa esse solet, fateor plus urgere etiam virum prudentem sæpè, quàm minas, & veluti cogere ad quodvis stultum & ineptum faciendum, ut importunitatem & tædium illud repellat; verum si ad motus rationi & prudentiæ & constantiæ conformes attendamus, id non est verum, nec prudentem ac constantem illis cogi, decens est. Hæc ille.

247. Sed contra, dicit aliquis: neque decens est, ut vir prudentis & constantis cogatur metu mortis ad peccandum, & tamen admittit Sanchez, ut supra vidimus, talem metum esse iustum. Deinde; eodem modo dicam, si ad motus rationi & prudentiæ & constantiæ conformes attendamus, nec prudentem ac constantem minis cogi, decens est; ergo nec minæ sufficient ad gravem metum. Denique; jus Canonicum loquitur de tali importunitate, quæ dat iustam rationem revocandi ea, quæ propter importunitatem concessa sunt, ut notat Gloss. supra cap. fin. de Rescriptis in 6. ibi: *Et idè locum habet ipsorum revocatio, ut hic, & 35. q. 9. Sententiam, de Re judi. Cum olim.* Ergo loquitur jus Canonicum de tali importunitate, quæ causaverat metum gravem; hic enim solus invalidat acta, aut invalidanda seu revocanda relinquunt per edictum: *Quod metus causa.*

248. Respondetur: quàmvis edictum istud potest metum gravem, non tamen officium iudicis, ut notat Gloss. in cap. *Cum dilectus*, 6. de his quæ vi, verb. *Metum mortis*, ibi: *Item subvenitur metum passo per hoc edictum, Quod metus causa, tunc tantum, quando metus cadit in constantem virum, ff. eod. Metus. Et infra de Spons. Veniens. Sed ubi quis minorem metum passus est, videlicet per impressionem sive potentiam iudicis, vel dolo alterius quis vendit res suas: tunc subvenitur ei iudicis officio, ff. eod. Non est verisimile, §. fin. vel per constitutionem Principum, C. eod. l. pen. & ult. & ff. de Offic. Præsidi. Illicitas: vel per responsa prudentum, sive, interpretationem prudentum, ff. de Var. & extraord. cog. Medicus. Jam autem Gloss. in cap. fin. de Rescriptis in 6. non dicit illam revocationem fieri posse per edictum, *Quod metus causa.**

249. Si autem à me queritur; unde tanta diversitas opinionum in hac materia? Respondetio: quia gravitas metus, seu gravitas mali; dependet à prudenti iudicio, ut scite

notavit Gloss. supra in Cap. *Cum dilectus*, ibi: *Unde videtur relinquendum arbitrio iudicis, an verba, vel mina, vel potentia hominis sit iusta causa metus, ut ff. Ex quib. cau. ma. l. 3. sequentis tenoris: Metus autem causa abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis committitur abest: Et hoc ex affectu ejus intelligitur. Sed non sufficit quolibet terrore abductum timuisse: sed hujus rei discretio, iudicis est.* Cum ergo varia sint prudentum ingenia, facile contingit, ut metus, quem unus prudens iudicat posse cadere in constantem virum, alter prudens iudicet non posse cadere in constantem virum; & hinc diversitas sententiarum.

Interim, communiter homines non apprehendunt, se facere iniustitiam, si aliquid extorqueant solis importunis precibus. Ratio est: quia ordinariè preces illæ non sunt tantæ, ut minuunt valde libertatem dantis; unde censetur verè liberè, dare, quod dat propter illas preces, quàmvis alioquin sine illis precibus non fuisset daturus; neque enim omnis causa, propter quam aliquid datur, aufert libertatem in dando: ac proinde preces illæ ordinariè non obligant ad restitutionem, si tamen tales essent, ut æquivalerent vi vel dolo, sine dubio irritarent contractum aut irritabilem relinquerent non minus, quàm aperta vis, vel manifestus dolo. Atque hæc sufficiant de blanditiis & precibus importunis.

Superest metus reverentialis, de quo similiter sunt diversæ sententiæ, quas tamen Pontius supra n. 8. putat facile posse in concordiam redigi. Prima ergo sententia docet, solum metum reverentialem esse gravem. Probatur 1. ex Reg. *Velle, 4. ff. de Reg. juris. Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.* Secundò, ex l. 1. §. *Quæ oneranda.* ff. Quar. rer. act. ibi: *Tamen causa cognita, si liquidò appareat, libertum metu solo, vel nimia patroni reverentia ita se subjecisse.*

Ubi Gloss. verb. *Metu solo*, sic ait: *Aliter accipitur hic metus, quàm Cod. de Transact. l. Interpositas. Et not. hic arg. quòd mulier, quæ rem suam vendidit, vel hypothecavit, si renuntiavit metu vel reverentiâ, quod possit revocare. Idem est de Clerico, qui metu & reverentiâ Episcopi renuntiavit Præbendæ, licet non interveniat corporis cruciatus. Alioquin frustra distingueret illa lex inter metum & reverentiam.*

Probatur tertio, ex l. pen. ff. de Furtis. ibi: *Et hoc modo patronus quoque liberto, & is, cuius magna verecundia, ei quem in præsentia peccator ad restituendum impedit, furtum facere solet.* ff. de Furtis. Ex quo habetur, tacentem, viso furto, ob nimiam reverentiam, non videri consentire, posseque actione furti agere; ergo solus metus reverentiæ tollit consensum, requisitum ad

250. Ordinariè preces non minuunt valde libertatem.

251. Metum reverentialem se solo esse gravem, probatur 1. ex l. 4. ff. de Reg. juris. Secundo ex l. 1. §. Quæ oneranda. ff. Quar. rer. act.

252. Probatur 3. ex l. penult. ff. de Furtis.

Sanchez.
Pontius.

ad firmitatem contractus. Auctores pro hac sententia vide apud Sanchez supra disp. 6. n. 4. quos sequitur Pontius supra n. 6.

Omitto secundam sententiam, quæ ait, metum reverentialem patris gravem esse, & non aliorum. Prout & tertiam, quæ docet metum reverentialem censeri gravem in contractibus, qui cum injiciente metum celebrantur; secus si fiant cum aliquo tertio.

253.
Oppositum
docet Sanchez.

Tranfco, inquam, has sententias, quia paucos habent patronos, & subscribo quartam, quam amplectitur Sanchez supra n. 7. cum aliis penè innumeris, quos ibidem citat. Eam autem his verbis proponit: Ultima sententia (quam multò veriorum reputo) docet, solum metum reverentialem, nisi minæ aut verbera, aut alius metus gravis illi adjungatur, non cadere in virum constantem, ac proinde nec annullare Matrimonium, nec alios contractus rescindere.

Probatum ex
ratione.

Probatum, inquit, eâ solâ ratione; quia metus reverentialis non videtur tantam vim habere ad cogendam voluntatem, ut vir constans eo terri debeat. Quare potissima probatio ex aliquibus textibus accipienda est.

254.
Prima probatio
ex jure,
c. 11. de
Despons. im-
pub.

Probatum ergo 1. ex cap. Ex literis, 11. de Despons. impub. ibi: *Ubi volens & invita, minus parentum impulsu, moram fecit per annum &c.* Ergo non sufficit sola paterna reverentia ad irrationem sponsalium, de qua ibi agitur, sed insuper requiruntur minæ.

Resp. Pontii.

Respondet Pontius supra n. 9. intervenisse quidem in eo casu minas, & idè irritum declarari, quod ex illis celebratum est, indè tamen non colligitur, si minæ non intervenissent, non fore declarandum irritum, quod ex solo metu reverentiali gestum esset.

255.
Secunda probatio
ex c. 2.
de Pactis.

Probatum secundò ex cap. 2. de Pactis: *Quamvis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, improprietate civilis: si tamen juramento, non vi nec dolo praestito, firmatum fuerit, ab eadem omnino servari debet.* Ergo sola paterna reverentia, quæ ibi concurrat, non sufficit; sed præter eam requiritur vis vel dolus, ut juramentum non obliget.

Resp. Pontii.

Respondet Pontius supra n. 10. nomine *Vis*, intelligi metum gravem, atque ad eò reverentialem etiam comprehendi, qui metus gravis est.

256.
Probatum 3.
ex l. 22. ff.
de Ritu
nupt.

Probatum tertio, ex l. 22. ff. de Ritu nupt. *Si patre cogente ducat uxorem, quam non duceret, si sui arbitrii esset; contraxit tamen Matrimonium, quod inter vivos non contrahitur: maluisse hoc videtur.* Ubi Gloss. verb. *Maluisse hoc*, ait: *Quam odium patris incurrere, non autem dicas metum adhibitum.* Ergo solus metus reverentialis non fatis est.

Resp. Pontii.

Respondet Pontius supra n. 11. textus iste non est ad rem; quia in eo de Matrimonio

filii familias sermo est, in quo filius jure civili inspecto, liberum arbitrium non habet, cum illud sine consensu patris contrahere non possit. Quare merito Matrimonium patre cogente, id est, imperante, celebratum valet, neque id nostræ sententiæ adversatur, cum in specie ejus textus militet peculiaris ratio.

Probatum denique ex l. *Fidejussor*, 26. ff. de Pignoriibus, ibi: *Pater Sejo emancipato suo facile persuasi; ut, quia mutuum quantitate acciperet à Septicio creditore, cõscriptum per scriberet sua manu filius ejus, quod ipse sepe dicitur esse scribere, sub commemoratione dicitur aut filium pertinentis pignori dandæ. Quartus tur, an Sejus inter cætera bona etiam ducatum jure optimo possidere posset, cum pater hæc edicte abstinerit nec meturi (alio metus vel, nec mutare debeat) ex hoc solo, quod necdante patre manu sua per scripsi in stratum chirographi, cum neque consensum suum commoda verit patri, aut signo suo, aut alia scriptura. Moestinus respondit: cum sua manu pignordomum suam futuram Sejus scripsit, consensum ei obliationi dedisse manifestum est. Ergo sola reverentia & imperium patrum non incutit iustum metum.*

Respondet Pontius supra n. 11. Tertium iste non urget; quia non constat in ea filium fuisse lætium eo charitatis officio patri impendit, dum passus est bona largi, neque constat ibi reverentiam contractum fuisse, eò quod pater maxime terret ac imperaret, in quibus terminis sententia est intelligenda. Hæc de

Ut autem termini sententiæ aliter intelligantur, solum reverentialem definit hic Auctor supra n. 1. Est tamen illi existimatio, quod nobis ab his terminis in quorum legitima potestate sumus, hoc cultu & honore dignamur.

Ex qua definitione inferri n. 2. metum reverentialem cadere in Clericum respectu Episcopi, & in subditum comparatione magistratus, in filium, erga patrem, in uxorem erga maritum, in pupillum erga curatorem, sive tutorem, ut, inquit, communis est illi sententia. Idem dicendum de genere nepotum, & de foceri, focer enim habetur pro nepotum, cum effectus sit una caro cum avunculo, l. 16. ff. Solutio Matrim. *Quia parentis locum focer obinet.* Idem dicendum de avo & avoculis, quos ascendentibus, habemus enim eorum parentis loco. Atque idem dixerim comparatione matris, quam vis res dubia sit. Idem dicendum in sorore, comparatione fratris majoris, & sororis majoris, & in fratre minoris, comparatione majoris, & etiam comparatione patrii. Quæ tamen intelligenda sunt, ab eo gubernentur, & alimenta præbeantur, & cohabitent, aliàs secus dicendum erit.

his latè Tho. Sanchez lib. 4. disp. 6. q. 4. neque hæc longiore indigent examine. Huc- uque Pontius.

Qui ibidem num. 3. notat eum, qui ob obervantiam debitam parentibus aut majoribus, aliquid agit, nequaquam operari ex reverentia metu. Aliud enim est debita reverentia superari, aliud reverentia metus.

Quare rectè potest operari ex reverentia debita Superiori, & non ex metu reverentia: & similiter potest operari non ex Superioris præcepto & obedientia, sed ex metu. Hæc enim non sunt idem. Si enim filius amet obedire parenti, & complaceat in obediendo illi, nullum est involuntarium, & tamen operatur ex reverentia, metus autem efficit involuntarium secundum quid. Quare ut metus reverentialis sit, necesse est addit cogitatio imminentis mali, quod sequitur vel timetur ex eo, quod non servetur patri reverentia. Quod in eo consistit, quod est patrem habere sibi infensam, & superciliosum, torvè aspicientem, nec loquentem placidè, etiam si nec verba imponat, nec minetur. Quod ut vitet malum, eligit præstare, quod pater vult; metus enim, ut dixi, est cum impendentis mali cogitatione. Hæc ille.

Quis enim dixerit, quia filius aliquid vendit petente patre, ut ostendat, se verè esse ejus filium, promptè in omnibus obediendo justis patris petitionibus prout dicitur virtus obervantia, quis, inquam, prudens dixerit, talem contractum posse rescindi, eò quod non vendidisset sine petitione patris?

Metus ergo reverentialis propriè videtur esse, quando si negatur, quod pater aut alius Superior petit; timentur torvus aspectus, dissensio & odium implacabile, duriora verba &c. sine verberibus aut minis. Quod si nihil horum subsit, benè dicit Pontius, non esse metum reverentialem; quia omnis metus necessariò respicit aliquid malum imminens, ut patet ex ejus definitione tradita Concluf. 4. in principio.

Quòd si addantur graves minæ, vel etiam timeantur gravia verbera, aut alia mala æquivalentia, cum hæc sufficiant, etiam absque metu reverentialem, indubiè magis sufficient, si adjungantur metui reverentialem. Et idem dicendum est, si adsint virtuales minæ, quod tunc contingit, quando Superior solet legere in subditos, qui statim nõ obediunt.

Purat etiam Sanchez supra num. 16. negari non posse, metum ipsum reverentialem & obsequii, quàmvis per se solum non foret gravis ac justus metus; at aliquid adimere libertatis, & proinde minoribus minis adjunctum, quàm si minæ essent ejus, cui nulla debetur reverentia, efficere justum metum. Ut constare, inquit, potest in exemplo,

quod adduxi num. 14. ubi sic ait: Si enim timeret (filia) probabiliter diuturnam fore indignationem (patris) & semper se habituram patrem valdè infestum, & indignatum, obiecturumque passim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem.

Quis enim vir constans & prudens non reputabit grave malum, semper coram oculis habere infensum patrem, aut virum, aut alium, a quo penderet, & cum quo semper facturus est? Maximè cum vix invenias, qui linguam moderari valeat, ne malè sentiat, pejusque loquatur de eo, cui infestus est. Et confirmatur; quia vir prudens ita grave hoc existimat, ut potius eligat relicta patriâ domoque paternâ exul esse, quod grave malum disp. præced. n. 8. diximus. Ita Sanchez.

Quæ est ipsissima doctrina Pontii. Qui enim (inquit hic Auctor supra n. 7.) metum reverentialem, seclusis aliis, gravem dicimus, non intelligimus de indignatione patris, quæ citò tranfit, id enim nulli unquam in mentem venit; sed de indignatione diuturna etiam semotis minis atque verberibus. Quam indignationem, licet in aliis hominibus, qui ad nos non attinent, parvi faciamus; attamen in patre & Superiore molestissimè ferimus, & gravissimum malum judicant prudentissimi quique. Hæc ille.

Nec verò dici potest, inquit ibidem, eam indignationem esse minas virtuales, ut mihi respondebat quidam eximie doctus, non advertens aliud esse indignationem hanc æquivalere minis, quia indignatio æquè grave, imò gravius malum minis est: aliud esse virtuales minas. Unde minæ non sunt, nisi comparatione ejus qui iratus prorumpere solet in læsiones & verbera, & non aliter. Ita Pontius. Et idè hic Auctor supra dixit, ut audivimus, suam & Sanchii sententiam facile in concordiam redigi posse, si videlicet sententiam Sanchii intelligamus de levi indignatione patris, aut alterius Superioris, cui debetur reverentia; Pontii autem de gravi indignatione.

Sed nunquid, interrogat quispiam, malum aliquod potest esse grave respectu unius personæ, & non alterius; v. g. respectu mulieris, & non respectu viri; respectu senis, & non respectu juvenis? Tanquam certum statuendum est (inquit Sanchez supra disp. 3. num. 2.) metum cadentem in virum constantem dici respectivè, & proinde metum, qui respectu unius est cadens in virum constantem, non esse talem respectu alterius, qui fortior & robustior est: undè minor metus desideratur in femina, quàm in viro; arg. textus cap. Indignantur, 32. q. 6. ibi: Cum tantò gravius eos puniri oportuerit, quàm magis ad eos pertinet, & virtute vincere, &

N n n exem.

262. Pontio

263. An indignatio patris possit dici minæ virtuales.

264. An possit aliquid malum esse grave respectu unius personæ, & non alterius.

Cap. 4. 32. q. 6.

Cap 6. de Homic. exemplo regere feminas. Et cap Sicur, de Hom. ibi: Sanè cum vir discretus existas, plenius nobis, quàm in excessibus singulorum, non solum quantitas & qualitas delicti, sed etas scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda.

265. Quare metus aliquis possit esse gravis respectu feminae, & non viri. Et ratio est; quia licet femina habeat virtutem constantiæ, propter constitutionem tamen corporis, illi sexui naturalem, minus potest resistere metui, quàm vir; ergo minor metus sufficet, ut opprimat, cogatque feminam constantem, quàm virum eadem constantiâ præditum. Item, quia feminae suapte naturâ sunt valde imbecilles.

266. Idem dicendum est (inquit idem Auctor supra num. 4.) eadem ratione non tantum in femina respectu viri; sed etiam inter ipsos viros, ut enim discernatur, quis sit metus cadens in virum constantem, attendenda est ætas, ut si senex, vel puer sit, cui metus incutitur. Similiter ejus fortitudo, innataque animi magnitudo, aut parvitas & fragilitas: quare cum dicitur metus cadens in virum constantem, intelligitur nomine viri, animi robor pro cuiusque conditione.

Id posse fieri probatur ex l. 3. ff. Ex quibus. Metus autem causa abesse videtur, qui justo timore mortis, vel cruciatus corporis terreretur, abest, & hoc ex affectu ejus intelligitur: junctâ expositione Richardi de Malumbre, quem refert & sequitur Alberi. ibi num. 1. ubi, inquit, Ex affectu, id est, ex animo ejus, cui metus infertur: nam major metus exigitur in milite & constante, quàm in pusillanimo & vili. Hæc ille, cum Aliis, quos citat; Estque communis sententia, præsertim in contractibus, distinctis à Matrimonio.

267. Excipiunt porro aliqui Matrimonium, ob animæ periculum, & ne contingat Matrimonium legitime contractum separari. Et probant ex jure Canonico cap. Consultationi, de Sponsal. ubi sermo habetur de femina Matrimonio, & tamen ponderatur metus cadens in constantem virum, ibi: Et si talis metus inveniat illatum, qui cadere possit in constantem virum, erunt non immerito audiendæ. Jam autem nunquam nomine viri femina comprehenditur. Et aliunde sæpe mulieres constantiores sunt in tormentis perferendis, quàm viri.

268. Respondet Sanchez supra num. 3. ea verba juris magis proverbii loco pro eo metu, qui non levis & vanus sit, accipienda esse: quàm ut verbis inhærendum sit. Et aliunde quàmvis (inquit idem num. 1.) aliqua feminae inveniantur constantiores; at quod frequenter evenit, quod leges considerant, I. Nam ad ea. ff. de L.L. sunt suapte naturâ timidiores ac imbecilliores.

Itaque ad metum gravem sufficit, ut cadere possit sine inconstantem virum, sine inconstantem feminam, & sic de ceteris, ut est, ut malum, quod timeatur, in se sit grave, quàmvis ista gravitas respectivè consideranda sit, respectu personæ patientis metum. Semper tamen necessarium est, ut malum ipsum sit grave, ita ut metus, & non ex vana æstimatione personæ timeatur.

Perinde autem est, si illud grave malum timeas in propria persona sine in partibus, liberis, uxore, consanguineis & amicis, usque ad quartum gradum, domesticis ac denique artissimis amicis. De hinc expressè statuitur l. 8. ff. Quod metus causa. sine: Hæc que diximus ad edictum personarum nihil interest in se quis verius sit, an in bonis suis: cum pro affectu parentes magis in bonis terreantur.

Ubi Gloss. verb. Magis, inquit: Quam in se scilicet, vel etiam magis, quam in filiis. Facit Insti. de Noxa §. Sed veteres non quod enim patitur. Et nota, quod pater plus diligit filium, quàm se ipsum. Illud constat, quod pater filium, quàm filius patrem diligit, ut in fra. Unde libe. l. Scripto, in fine & infra. Inoffic. testa. l. Nam est, in prin. Et est ratio: quia esse sive perseverantia plus in pater filium, quàm in filio per patrem reverentia & hoc est naturale, quod res plus perferat Etaneum, non esse idem dicendum in consanguineis, cum neque ipsa lex ratio legis in eis militet.

Nihilominus opposita sententia dicitur communis. Et quidem de uxore probatur, quia vir & uxor sunt una caro, juxta l. de Gen. 2. v. 24. Et erunt duo in carne una. Et inde malum, quod vir timeat uxori, aut viro, timeat etiam sibi ipsi.

Et quoniam pater & filius consanguineae personae, Cod. de Impube. leg. fin. ubi dicitur: In secunda autem specie, cum & mater pater & filius eadem esse persona per se intelligitur, dimidiam quidem partem Teri consanguineis suis; alteram autem partem Semper assignari. Hinc qui timeat patri, etiam sibi ipsi timeat. Sicuti, ut ibidem notat Gloss. verb. Esse persona: Quod unus dicitur & alter videtur dicere; ut Insti. de Insti. §. 1. Et verò qui, & ubi est unus, & alter videtur esse, ut infra de Agri. & consi. l. Cum licemus, §. fin.

Porro de aliis consanguineis idem probatur: quia natura ipsa amore conciliat consanguineos tanquam unam carnem, ex eodemque sanguine derivatos, unde (inquit Sanchez supra disp. 4. num. 8.) dicit Augustinus & habetur cap. Non excipimus. 13. q. 2. Nemo unquam carnis suæ odio habet. Ergo vir prudens & constantis

B
Sac
pa

se terrebatur ob malum comminatum con- sanguineo suo. Hæc ille.

Sed tu nota: August. ibi locutum, non tantum de consanguineis, sed de omni proximo nostro, ut colligitur ex contextu verborum præcedentium, & subsequente. Corpori, inquit, humando, quidquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo unquam carnem suam odio habet. Unde oportet, ut quam potest, pro carne proximi curam gerat, cum ille recesserit, qui gerebat.

Melius ergo hæc veritas probatur ex cap. Sciatis cuncti, de Elect. in 6. ubi ipso facto excommunicantur, qui gravaverit aliquam personam Ecclesiasticam, vel ejus consanguineos, vel Ecclesiam seu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit; Sciatis cuncti, qui Clericos vel quoslibet alias personas Ecclesiasticas vel consanguineos eorum &c. Ergo metus illatus consanguineis electoris, ad incutiendum electori timorem, censetur illatus electori.

Consimiliter loquitur cap. 11. de Sentent. Excom. in 6. Quicumque pro eo, quod in Reges, Principes, Barones, Nobiles, Balivos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscumque alios, excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententia fuerit promulgata: licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, seu aliis in personis seu bonis suis, vel suorum gravandis eos &c. eo ipso sententiam excommunicationis incurvant. Ubi Gloss. verb. Suorum, ait: Consanguineorum vel familiarium. Et sic nota casum, in quo percussus, & mandans percussit laicum, excommunicatus est. Ad idem supra eod. lib. de Elect. Sciatis cuncti.

Ad idem servit Clement. un. de Excess. Prælat. ibi: Servientes quoque, & vasallos, & domesticos. Ubi considerans textus illatam vim Monachis, refert domesticis eorum vim illatam.

Accedat cap. Gemma, de Sponsal. ubi rejicitur poena apposita per parentes, tanquam impeditiva libertatis Matrimonii, & DD. dicunt, idem esse, si poena illa apponatur per alios consanguineos, vel ita cum ipsis amicitia conjunctos, ut verisimile sit, contrahentes timore, ne illi poenam solvant, contracturos; quia tunc etiam impeditur libertas Matrimonii. Et l. Hæres meus, §. fin. ff. de Condit. & demonst. rejicitur conditio, legato, facto parentibus, adjecta: Si filia non nupsit, eo quod filia retraheretur à nuptiis, ne parentes jacturam legati faciant: & DD. dicunt, idem esse, quando legatum fieret consanguineis puellæ, vel amicis tam arcu familiaritate conjunctis, ut similiter retraheretur: ergo metus illatus consanguineis contrahentis, censetur justus & cogens ad contractum.

Similiter illatus familiaribus, sive domesticis, & artissimis amicis, ut patet ex jam dictis. Et verò de tali amico communiter sic loquimur: Amicus est alter ego, vel, ut Horatius: Amicus anime est dimidium meæ. Cæterum quod de consanguineis; idem censent aliqui de affinis. Quia sunt velut proprii consanguinei, cum sint consanguinei alterius ex conjugibus, & hi sint una caro.

Limitavi autem consanguinitatem usque ad 4. gradum; quia, ut ait Sanchez supra num. 12. usque ad illum durat naturalis affectio, & ultra illum jam non reputantur illi consanguinei, ut graviter lædatur aliquis ex timore incusso consanguineo, ultra illum gradum; nisi esset timor rei tangentis lædentisque valde honorem, unde toti profapia, etiam ultra eum gradum, macula fereretur; tunc enim jam in propria persona damnum timeretur. Hæc ille.

Neque his obstat lex 8. ff. Quod metus causâ, supra allegata, tamen in ea filiorum dumtaxat fiat mentio; nam id factum est gratiæ exempli, quod minimè arctat Regulam generalem. Et aliunde non omnia eodem loco debent exprimi à jure; sed sufficit, ut unum in hac lege, alterum in altera lege constituitur. Fateor non omnino esse eandem rationem in filiis, & aliis consanguineis, quia major dilectio inter patrem & filium, quam alios consanguineos; equidem similis est ratio, id est, similis aliqua dilectio, quæ sufficit, ut mala unius moraliter censeantur alterius, sive ut malum consanguinei aut domesticis reputemus nostrum.

Semper itaque debet quis timere aliquod damnum grave respectivè, à se sustinendum, sive in propria persona, sive in alia sibi conjuncta, & propterea velle contrahere, ubi aliàs nolisset contrahere, v. g. in præfati proposito, velle contrahere Matrimonium, quia hoc existimat minus; ubi alioquin, si damnum illud non timeret, nollet Matrimonium contrahere. Et tunc queritur, an Matrimonium valeat, si timeat damnum illud injustè inferendum?

Conclusio affirmat, Matrimonium contractum ex metu gravi, injustè incusso ad eum finem, esse invalidum. Quod intelligitur non tantum in foro externo, sed etiam in foro conscientie. Estque sic intellecta communis & certa; arg. cap. 14. de Sponsal. in princ. Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi consensus cujusquam requiritur, coactionis materia repellatur: Matrimonium autem solo consensu contrahitur: & ubi de ipso queritur, plena debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod

274. Idem dicitur de familiaribus, artissimis amicis, & affinis.

275. Occurritur objectioni.

276. Matrimonium contractum ex metu gravi, injustè incusso ad eum finem, est invalidum, etiam in foro conscientie, ex c. 14. de Sponsal.

quod odit, & sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire.

Item cap. 16. eodem ibi: Ideoque mandamus, quatenus si inveneris, quoda primam post fidem praesitam cognoverit, ipsum cum ea facias remanere: alioquin secundae (nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere, eam desponsaverit) adherere facias ut uxori. Item cap. 28. eod. ibi: Sed de illato metu est cum diligentia inquirendum: et si talis metu inventatur illatus, qui cadere potuit in constantem virum, erunt non immerito audiendae.

c. 2. de Eo qui duxit Ec.

Denique cap. 2. de Eo qui duxit &c. in principio: Mandamus, quatenus si confiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, quod non sponte in primam consenserit, nec post praesitum juramentum ipsam carnaliter cognoverit; propter hoc non dimittas, quum ad aliam, quam postea in uxorem accepit, revertendi liberam irribuas facultatem. Ergo prius Matrimonium, ratione metus, tuit omnino irritum; alias non daretur libera facultas permanendi in posteriori, sed invalidum prorsus esset.

278. Aliqui existimant in foro conscientiae valere si adfuerit interius consensus. Probatio ex Scoto.

Sunt nihilominus, qui sentiunt, Matrimonium sic coactum, si interius fuerit praestitus consensus, vere subsistere in foro conscientiae, & esse omnino validum & firmum Matrimonium. Hic dicitur, inquit Scotus 4. dist. 29. q. un. n. 3. quod simpliciter non potest aliquis cogi ad consensum, sed tantum secundum quid, scilicet per metum poenarum, quas vult evadere. Tunc arguitur; sed poenas, quas times, sufficienter evadit consensiendo tantum verbo extrinseco: ergo si ultra hoc consentit animo interius, isto consensu consentit, non ex metu, & per consequens ille consensus est liber, & non coactus, & ita obligat. Sed tamen, iudicio Ecclesiae non est Matrimonium, quae talem praesumit in Matrimonium non consensisse, sed tantum in prolatione verborum, ad periculum, quod metuit, evadendum. Pro hac sententia citatur ibi ad marginem Goffredus de fontibus, Quodl. 13. q. 15.

Goffredus.

279. Contra eam arguit Scotus.

Sed non placet Doctore Subtili, qui contra eam sic arguit: Quicumque cogitur ad aliquid, quod non potest esse sine alio alique peccato mortali, cogitur ad illud aliud, & hoc accipiendum coactionem similiter hinc inde: sed ipse per se cogitur ad dicendum verba exteriora ad exprimendum consensum per metum; illa autem verba non possunt esse sine consensu illo interiori sine peccato mortali, quia proferens illa sine illo perniciose mentitur; ergo &c.

Metus peccati mortalis maxime cadit in constantem virum.

Major probatur multipliciter; tum, quia iste metus, qui excusat, est ille, qui potest cadere in constantem virum secundum iura; sed in virum constantem non potest cadere metus majoris incommodi, quam peccati mortalis: tum etiam, quia nullus metus potest cadere recte in aliquem, nisi ad subeundum minus malum, ut fugiat ma-

ius malum, sed pati quancumque poenam, minus malum, quam peccare mortaliter.

Iidem etiam posset probari de licito & illicito, quia metus non potest inducere aliquem ad aliquid, nisi ut est licitum: quia magis necessarium est vitare illicitum, quam fugere poenam; poenam plus a causa superiori determinatur, aliquid ad fugiendum illicitum, quam ad poenam evadendam; quia Deus per affectionem iustitiae revolvit hominem ab illicito: affectio autem contentum inclinatur ad poenam vitandam.

Toram autem hanc rationem confirmat ibidem n. 4. duplici exemplo: Primo, si licet non liceret consentire interius, nullus metus deberet eum inducere ad proferendum verbum: sicut esset de Religioso, qui non potest induci debet, ad dicendum haec verba; quia non consentiens verbo, & sic peccat mortaliter contra votum: aut non consentiens, & sic peccat mortaliter mendacio pernicioso; ergo nullus metus inducit sufficienter per metum ad dicendum haec verba, nisi ut distinguitur a Religioso, qui licet sibi consentire interius.

Aliud exemplum, si quis violentiam sustulerit, ut accipiat illam, & etiam per violentiam exigeret ab eo tale juramentum; sed ad finem Dei Evangelia, quod sine metu consentiens in istam, nullo modo debet ex aliquo metu istud juramentum induci; quia est peccatum mortale, jurando mendaciter: ergo ad finem metu potest iste induci ad accipiendum verbo exteriori, nisi ut sic accipere est licitum est autem licitum, nisi ut conjugetur interius.

Si objicias Scoto: Per istas poenas probari potest, quod non debet consentire propter quemcumque metum, nisi voluntati animo; tamen si consentit, tenetur ad illum consensum non induci contentum consentiens metu.

Contra, inquit Doctor n. 5. ut dicitur exteriora cogitur simpliciter, sic quod dicitur veat linguam suam: sed quia immo peccatum magis vitandum, scilicet mors, ideo dicitur ad sic loquendum; ergo a simili cum metus sibi majus malum, quam consentire in ista utpote mors vel peccatum mortale, metus cogit ad consentiendum in istam.

Confirmatur istud; quia opprobrium dicitur occasionem multis mentiendi perniciosum. Confirmatur etiam per exemplum: si quis in mare procul projiciat merces in mari, ne saltem ex metu projiciat, et si esset actus alius, non posset esse projectio, vel absoluta, vel peccato mortali, ad illum similiter cogitur.

Nec contentus Scotus hac impugnatione secundam subjicit dicens: Secundum peccatum in hoc, quod dicit, Ecclesiam praesumere esse consensum, quia praesumit ipsam tantummodo consensisse exteriori, non necesse in animo: hoc falsum est, quia Ecclesiam

presumit pro meliore parte, sicut habetur extra de Reg. jur. Estote misericordes. Et extra de Scrutiniis in Ordinibus faciendis, c. unico, quis presumitur idoneus, quando non probatur idoneus. Et apparet manifeste, quia Ecclesia copulam carnalem sequentem sponsalia, presumit esse ex affectu Matrimoniali; quia presumit sponsum & sponsam non peccare mortaliter in illo actu, ergo a simili hinc. Hactenus Scotus.

Et verò nihil illustrius, ex cap. *Majores*, de Baptismo, quam Ecclesiam presumere consensum in illis, qui terroribus atque suppliciis vehementer attrahuntur ad suscipiendum Baptismum. Propter quod (inquit Innoc. 3.) inter invitum & involuntum, coactum & coactum alii non absurde distinguunt: quod is qui terroribus atque suppliciis vehementer attrahitur, & ne detrimentum incurrat, Baptismi suscipit Sacramentum, talis (sicut & is, qui fide ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad observantiam Fidei Christiane. Sicuti ergo hic presumit consensum internum, non obstante quòd sufficeret consensus externus ad evadenda supplicia, quo fundamento dicitur, in Matrimonio coacto presumere dissentium internum?

Cæterum, quod Scotus supra, idem ante ipsum docuerat, D. Thom. p. 3. in supple. q. 47. a. 3. in corp. ibi: *Quidam dicunt, quod si ad sit consensus, quamvis coactus, interius est Matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesie, quæ presumit ibi non fuisse consensum interiore propter metum. Sed hoc nihil est, quia Ecclesia non debet presumere de aliquo peccatum, quousque probetur; peccavit autem si dixit se consentire, & non consensit: unde Ecclesia presumit eum consensisse, sed judicat consensum illum extortum non esse sufficientem ad faciendum Matrimonium.*

Si dixeris: Ecclesia quandoque presumit deterius, ut in favorem secundi Matrimonii publice contracti, presumit mentiri afferentem, prius se cum alio clam contraxisse.

Respondeo: Ecclesia ex duobus malis minus presumit; quia ex duobus malis minus est eligendum. Quia ergo minus malum est, hunc mentiri, quam bis Matrimonium inire, idè merito in illo casu presumit Ecclesia illum mentiri. At in nostro casu nulla est necessitas presumentis delictum: unde merito Ecclesia presumit internum consensum, ne mendacium presumat.

Quando ergo dicto cap. *Cum locum*, ait Pontifex, locum non habere consensum, ubi coactio intercedit, necessario loquitur de consensu plene libero, qualis requiritur ad Matrimonium, alioquin verè liber est, ut patet in eo, qui gravi metu injustè incusso, consentit in peccatum, v. g. fornicatur, qui

reverà mortaliter peccat; adedque liberè consentit, libertate sufficiente ad peccatum, licet non ad Matrimonium.

Fateor fieri posse, ut ille, qui cogitur ad Matrimonium, verè interius non consentiat; sicut & ille, qui non cogitur, potest simulare consensum internum, & tunc absque dubio non valet Matrimonium, idque jure naturali, ut omnes fatentur; sed dico, etiam fieri posse, ut non obstante coactione vere interius consentiat, quantum in se est, ut alibi explicui, & tunc quæstio est, an consensus iste valeat, saltem jure naturali.

Innocentius c. 2. de His quæ vi, asseruit, Matrimonium, eo consensu celebratum, non esse ipso jure nullum, sed rescindendum instar aliorum contractum, metu initorum. Ducitur Primò: quia dicit. cap. *Consultationi*, statuitur, mulieres, quæ conquerebantur de illato metu, audiendas esse; ergo metus non irritat ipso jure. Secundò; quia alii contractus non sunt irriti ipso jure, sed solum irritandi.

Sed hæc sententia passim ab omnibus rejicitur; nam cæteri contractus, etsi semel validi sint, possunt tamen facilè per judicem rescindi, ob metum illatum: at Matrimonium semel validum, est indissolubile, nisi ante consummationem per ingressum Religionis, & fortè per Pontificiam dispensationem; post consummationem autem, quæ facilè eodem metu potest extorqueri, nulla potestate humana dissolvi potest. Ex quo patet responsio ad secundam probationem Innocent.

Ad primam dicitur: Mulieres, de quibus in illo cap. fuisse audiendas, non ut Matrimonium semel validum irritaretur per judicem; sed ut judex, cognito metu gravi injustè incusso, declararet earum Matrimonium invalidum fuisse à principio, ut patet ex aliis textibus supra allegatis. Maneat ergo tanquam certum, quantumcumque metum patiens consentiat interius ex illo metu, ipso facto consensum illum nullius esse valoris, sed prorsus irritum & inanem; tam in foro interno seu conscientie, quam externo.

Nihil autem refert, ut communiter docetur, five metus inferatur per contrahentem, five absque ejus culpa & scientia per quemcumque alium; arg. cap. *Veniens*. 15. de Sponfal. ibi: *Quos pater puellæ simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de presenti desponsare coegit.* Et tamen Pontifex declarat Matrimonium invalidum, si metus à patre incussus, talis fuerit, ut posset in virum constantem cadere.

Et ratio est; quia metus irritat Matrimonium, eò quòd tollat libertatem consensûs, c. *Cum locum*, supra allegato de Sponfal. Sed non minùs tollit, five per contrahentem, si

287.
Sententia
Innoc. tale
Matrimo-
nium non
esse ipso jure
nullum.

288.
Rejicitur;

289.
Perinde est
sive metus
inferatur
per contra-
hentem sive
per alium
quemcumq;

Probat.

ve per alium inferatur; ergo non minus irritat. Item; quia idem metus, qui sufficit ad rescissionem aliorum contractuum, sufficit ad invalidandū Matrimonium; jam autem alii contractus rescinduntur ob metum, per quemcumque illatum; arg. leg. *Item si cum exceptione*, §. 3. ff. Quod metus causa. In hac actione non queritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit; sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum vel vim, & ex hac re eum, qui convenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse.

L. 14. ff. Quod met. caul.

290. Et continuo rationem adjungit: Nam cum metus habeat in se ignorantiam, merito quis non adstringitur, ut designet quis ei metum, vel vim adhibuit: & ideo ad hoc tantum actor adstringitur, ut doceat metum in causa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum videtur ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur.

Confirmatur hæc doctrina à simili. In votis, qui promittitur, & cum quo quasi contrahitur, est Deus, qui nulli metum inculcit injustum; & tamen quando alius tertius metum gravem injustè inculcit, votum, saltem solemne, est irritum jure Ecclesiastico.

Solum ob stare videtur; quod dolus non irritat aut irritabilem reddat contractum, quando contrahens non fuit doli particeps, sed alius tertius. Respondet Lugo de Contract. disp. 22. sect. 7. n. 173. Cur lex magis extenderit hunc effectum ad metum ab alio tertio inculsum, quam ad dolum, cujus contrahens non fuit particeps, congruentia esse potest in ipsa diversitate, quæ metus & dolus opponuntur consensui, cui metus magis immediatè & intrinsecè videtur opponi.

Nam dolus, qui non versatur circa substantiam rei, videtur esse aliquid antecedens & occasio, quæ deceptione positâ, contrahens plenè vult rem, cui consentit, ita ut in ipso metus consensu nulla debilitas vel infirmitas appareat; sed totum vitium sit in errore antecedenti, dante causam consensui. Metus autem non solum se habet extrinsecè, impellens ad consensum; sed postea etiam refundit defectum intrinsecum in ipsum consensum; qui enim ex metu consentit, præstat consensum non omnino plenum, sed debilem & infirmum; quippe qui repugnans & quasi nolens consentit, ex quo capite magis deficit à ratione voluntarii & liberi: ideoque quando metus injustè inculcitur, voluit lex subvenire magis metum patienti, quam dolum. Quare Matrimonium, Professio, vel votum, metu facta, etiam à tertio aliquo injustè inculso, irrita sunt ipso jure; cæteri autem contractus rescindibiles aut irritabiles saltem sunt, nisi etiam juris privilegio aliqui sint ipso jure

irriti. Hucusque Eminent. non adeo male. Supponit autem, metum solo jure Ecclesiastico irritare Matrimonium, de quo ego non sum Concluf. sequenti. Item non solum Matrimonium, sed etiam votum, sed etiam Professiolem, esse ipso jure irritum, quod ego non credo esse verum; sed res non est hujus loci, & parum referret præsentem difficultatem. Itaque pariter ad inter metum, & dolum, qui versatur circa substantiam; nam si contrahens sit particeps hujus doli, si non, sed alius tertius, nihilominus irritat jure naturæ Matrimonium, & alium quemcumque contractum, quia tollit omnino consensum necessarium ad essentiam cujuslibet contractus; metus autem, de quo hic tractamus, qui tollit particeps hujus doli, si non, sed alius tertius, tamen tantum libertatem ejus, jure divino, ut nos ponamus, requisitam ad Matrimonium, aut libertatem requisitam jure Ecclesiastico. Cum vero, solus, qui solum versatur circa accidentia, relinquit consensum substantialem, si in Matrimonio, si in aliis contractibus, vel Matrimonium non irritat, neque alios contractus; reddit tamen alios contractus irritabiles, si causam eis dederit, in poenam doli, & ideo oportet ipsum contrahentem esse particeps doli, alioquin hic sine culpa non puniretur, quod non habet locum in Matrimonio, utpote contractus lege humana irritabilis.

Si dixeris: etiam metus irritat Matrimonium in poenam delicti; quippe metus nisi fuerit injustè inculsus.

Respondeo: non ideo irritat, nisi si inculsus; sed quia, nisi injustè inculsus, non tollit libertatem consensui, in partibus dictis Concluf. præced.

Querit aliquis à me; an requiratur infirmitas propriè dicta; an verò sufficit generalis malitia contra charitatem, pietatem vel bonam virtutem, quæ late loquendo potest dici injustitia. Respondeo: communis sententia requirit infirmitatem propriè dictam, ut tali loquuntur jura, quæ supra adduximus.

In oppositum autem facit, quod ex multis quibus DD. in hoc puncto utuntur, videtur frequenter non continere malum contractus, sed injuriam propriè dictam illatum. Dicitur enim (inquit Lugo supra n. 152.) si filius timet offendere patrem, vel si præ verecundia pudore vel reverentia non audeat contrahere, licet malum nullum aliud timeat, debet contractum rescindi. Item, si uxor ad vitanda jurgia & offensionem mariti timet, non obligari: jurgia autem illa & offensionem, quando aliud malum non inferret, non debent continere injuriam contra justitiam, siquidem non lædunt injustè in bonam horum, vitæ vel fortunæ; sed solum est malum

offensio concepta ex neglectis precibus, aut petitione, quâ consensus petebatur.

Respondetur: etiam illa iurgia & offensionem esse contra iustitiam propriè dictam: parens enim (inquit Lessius de Iustitia & iure l. 2. c. 17. n. 48.) qui sua auctoritate filii libertatem veluti oppressam tenet, obligatur ex iustitia in huiusmodi actibus eam relaxare, ut pro suo arbitrio eligat quod placuerit: unde si non fecerit, injuriam infert, & tenetur ad restitutionem ejus, quod per talem consensum consecutus est.

Sed contra arguit Lugo supra num. 153. Hæc injuria vitatur, si pater explicitè dicat filio: *Ego non te possum ad hoc obligare, potes enim facere, quod volueris, peto tamen, ut consentias*: tunc enim non usurpat jurisdictionem & coactionem indebitam: hoc autem implicitè facit pater, quando petit à filio id, quod non potest ei imperare. Quòd si filius esset adè ignarus, ut putaret se ad id obligari à patre, ipsumque non petere, sed imperare, sicut in aliis materiis; tunc certè consensus injustè extorqueretur per potestatem præcipiendi, falsò usurpatam; atque facilè id concedam, quoties pater vel Superior utitur verbis sonantibus imperium, & præceptum potius, quàm humilem petitionem rei non debite.

Quando tamen explicitè vel implicitè manifestatur, id non ex imperio, sed ex petitione exigi, non apparet, quid aliud debeat parens dicere, ut non usurpet sibi injustè libertatem filii; nisi dicas, debere adhuc protestari, se non ægrè laturum repulsam petitionis, nec ea de causa concepturum indignationem, vel aversionem aliquam. Et hoc quidem non videtur ex iustitia deberi, non enim obligat te iustitia ad non ægrè ferendum, neque ostendendam aversionem aliquam, aut indignationem, quando aliquis spernit tuas preces, & non vult concedere, quod petis. Ergo nec obligat iustitia ad dicendum, te non ægrè laturum; obligaret enim ad dicendum falsum. Quare consequenter dicendum videtur; quòd, ex eo quòd non auferas hoc impedimentum, non usurpas injustè libertatem filii vel subditi, si non timer, te aliquod aliud malum illi injustè illaturum. Hæc ille.

Respondetur; in aliis illam indignationem non impedire libertatem contrahentis, cum parùm eam curet: maxime autem curant filii & subditi gravem indignationem (de illa enim loquuntur DD. ut patet ex dictis Concluf. præced. de metu reverentiali) patris aut Superioris; adèdque hæc impedit libertatem filii aut subditi (ad quam tamen habet jus) non minùs, quàm vis aut dolus. Quàmvis ergo filius non habeat jus, ut pater benignè ipsum alloquatur, neq; pater peccet

contra iustitiam, ipsum torvè alloquendo vel aspiciendo, quando nullum aliud indè sequitur filio incommodum; habet tamen filius jus, ne tali medio impediatur ejus libertas, quæ de jure ipsi competit. Veluti qui mentitur, præcisè solum peccat contra veritatem; si tamen per mendacium sit causa, quare aliquis faciat contractum, quem aliàs non fecisset, peccat contra iustitiam; quia per dolum impedit ejus libertatem, ad quam habet jus.

Secus dicendum, quando aliquis alterum potest justè accusare, & minatur accusationem, nisi contrahat; tunc enim quàmvis minuat ejus libertatem tamen non per aliquam actionem malam, sed bonam & licitam; neque ipse est, qui metum injicit, sed potius alter sibi ipsi, faciendo delictum propter quod potest justè accusari, ut latius diximus Concluf. præced. Hic autem; ut suppono, filius nihil fecit, quod justè mereatur talem indignationem. Aliud foret, si aliquid fecisset, propter quod pater potest justè indignari, & contrahit, ut indignationem deponat.

Atque ut indignatio patris non foret contra iustitiam strictè dictam, sed tantùm contra charitatem aut pietatem, cum æqualiter tollat libertatem consensus, cur non etiam æqualiter irriter Matrimonium, & alios contractus? An forè; quia valet Matrimonium infirmi, quem medicus non vult curare, nisi ducat suam filiam, supposito quòd non teneatur eum curare, nisi ex charitate?

Sed disparitas est; quòd in hoc casu, metus non proveniat solum ex illa negatione operis seu curationis; sed maxime ex morbo naturali; in nostro autem casu ex sola indignatione patris, quam filius timer.

Respondet Lugo supra n. 183. non eam esse rationem, quare Matrimonium illud valeat; sed quia opera, quam medicus negat sine ea conditione, non erat à medico debita ex iustitia, quare non intulit metum injustum. Si autem debita esset ex iustitia, Matrimonium esset nullum; quia esset ex metu injustè illato, carendi operæ medici, sibi debita.

Addit ibidem: licet morbus esset ex vulnere lethali injustè accepto, adhuc Matrimonium esse validum, quando medicus vel chirurgus operam suam ex iustitia non debebat; quia licet malum, quòd timetur, nempe mors, injustè inferatur à percussore; non tamen movetur infirmus immediatè ex metu illo injusto, sed ex metu iusto carendi operæ medici non debita, atque adè non est contractus propriè & immediatè ex metu injusto. Hæc ille.

Audiamus etiam Dicastillonem: Extendant aliqui (inquit disp. 4. n. 97.) ex prædictis Doctoribus (hanc doctrinam) ad casum, quo

Quando indignatio patris respectu filii sit injuriosa

298. Quid si non sit injuriosa, an equidem irriter.

299. Quid si medicus solum tenetur ex charitate. Lugo.

300.

An Matrimonium valeat, quod metu mortis contrahitur cum filia medici. Dicassillo.

quo medicus teneatur etiam curare ex charitate; quod mihi sanè difficile apparet; tum quia curatio illa non debetur ex iustitia, ut supponimus, sed ex sola charitate, quæ obligat, quando ægrotus non habet aliud medium, quàm accipiendo gratis curationem à medico; & tunc fateor, medicum teneri ex charitate illum gratis curare, si sit probabilis spes curandi; sed hic non est casus præsens, nam quando ægrotus habet aliquid, quod offerat medico in pretium curationis, non est destitutus omni medio præter curationem gratuitam, ut hic contingit, cum habeat pro medio curationem, compensatam Matrimonio filia; medicus autem si saltem illo modo potest habere compensationem, neque ex charitate tenetur gratis curare, neque etiam ex iustitia, ut supponimus. Unde quando pretium est excessivum, in primis, quatenus ad valorem Matrimonii, non obstat; quia ille dolus non est in substantia contractus; & quàmvis peccet medicus fortasse tunc contra iustitiam, teneaturque si possit, valorem compensare, non tamen obest validitati Matrimonii.

301. An medicus peccet contra iustitiam exigendo Matrimonium.

Dixi: Fortasse; quia, neque mihi videtur in eo casu, quando ægrotus non habet aliud, in quo solvat, contra iustitiam peccare, exigendo Matrimonium, etiam si pretium sit excessivum; quia si medicus curat, & non inde accipit solutionem, non habet spem, unde postea pretium curationis accipiat, ut supponimus; ergo alteruter eorum debet aliquid pati in eo contractu, nempe vel medicus curare, sine accepto stipendio curationis, ne cogat ægrotum, non habentem aliud pretium, dare suam filiam, quia hoc est pretium excessivum; vel ægrotus debet dare pretium excessivum, ut habeat curationem. In tali autem casu non videtur peccare medicus, volendo, ut potius patiat ægrotus dando pretium excessivum, nempe Matrimonium filia; quàm, quòd patiat ipsemet carendo stipendio, quod aliter non potest, nec sperat habere ab ægrotò, & sufficere tunc compensare ægrotò, quantum prudentis arbitrio iudicetur excedere, dedisse filiam comparatione laboris & diligentia; impensa; in curando ægrotum. Quòd si medicus non possit compensare, id erit per accidens, quòd declaratur exemplo; nam si ægrotus non haberet filiam, sed gemmam magni pretii, & nihil aliud, quod posset dare medico, neque esset modus dividendi illam, posset medicus nolle curare, nisi daret gemmam, quantum vis pretium excederet; teneretur autem medicus, si posset, compensare excessum pretii, vel dividendo cum primùm posset, & reddendo ægrotò excessum pretii, vel de sua pecunia ipsum excessum compensando. Quòd si neutrum horum statim possit, non

peccabit accipiendo, & retinendo gemmam, quantumvis excedat pretium curationis, compensaturus tandem, cum primùm possit. Hucusque Dicass.

Sed, salvo meliori, de tali casu, qui plene est metaphysicus, non loquuntur DD. de quo ergo? Existimo de casu, in quo infirmus offert aliud pretium sufficiens curationi, sed medicus autem non vult illud acceptare, sed exigat Matrimonium, tanquam aliquam conditionem, sine qua non vult infirmo prestare suam operam, ad quam ex iustitia non obligatur, sed solum ex charitate, tamen infirmus offert iustum stipendium; sicut quis non teneretur ex iustitia mihi vendere equum suum, mihi maxime commode, immo necessarium, ad evadendam r. g. mortem, tamen ego offeram iustum pretium, sed solum ex charitate, per se loquendo, id est, nisi aliunde ex contractu vel alio modo teneatur: cuiuslibet petenti vendere suam pretio iusto.

Et tunc quaeritur, an Matrimonium illud infirmi cum filia medici valeat, eo quòd videatur extortum gravi metu, si non in iustitia, saltem aliunde malo & illicito, qui contra charitatem. Et tale Matrimonium non valere docet Pontius l. 4. c. 13. n. q. ibi. Et hoc dicendum de medico, minante se debitorum ægrotum, quando alius non erant in contractum contra bonos mores, & ritus aggestum est.

Et reverà non video, cur metus contra iustitiam, magis tollat illius consensum, quàm metus mortis, immo ritatem. Quòd ergo iura, supra dicta, specificent metum iniustum, non de hoc, quia sunt responsiones ad particula; quibus. Quid autem dixissent, si proponeretur hic casus de medico, non est, qui certum ferat, fortè idem, fortè diversum.

Consimiliter neque mirari oportet, quòd eadem iura loquantur de metu iniustum Matrimonii; quia in casibus precertalis fuerat finis. Quid autem dicitur casu, in quo metus, iniuste quidem, incussus, non tamen ad extorquendum Matrimonium, quis certò possit referre.

Conclusio nostra docet, quòd certum est, scilicet Ecclesiam declarare Matrimonium irritum, quando ad finem Matrimonii incutitur metus gravis iniuste. Non tamen ab illa negat, etiam irritum fore, tamen ad illam finem fuisse incussus; quamquam hoc non sit ita certum. Enim verò plures oppositum docent existimantes omnino necessarium, ut metus ad finem Matrimonii incutatur, nam alioquin non impellitur homo ab alio ad Matrimonium, sed à se ipso, cum nullas tamen cogat Matrimonium, sed contrahens id voluntarie eligit, tanquam medium ad evadendam

B
Sacramentum

periculum animæ vel corporis. Ita Sanchez supra. n. 3.

Respondetur (inquit Lugo supra. n. 178.) non impelli quidem immediatè, sed mediatè ad Matrimonium ab inferente metu; sicut qui projicit merces in mare, impellitur immediatè à metu mortis, & mediatè à tempestate, quæ illum metum intulit. Sic in casu nostro metus mortis injustè impellit immediatè ad Matrimonium, ut mors vitetur, mediatè verò impellit, qui metum illum injustum intulit. Hæc ille.

Arguit ibidem Sanchez à simili; votum emissum ex simili metu validum est, ut probatur ex cap. Sicut nobis, de Regular. ubi votum factum à morbo laboranti, mortis timore, dicitur obligare.

Sed (ut benè notat Lugo supra) illud non est ad rem, cum sit metus ab intrinseco ex causa naturali. Loquimur autem hic de metu, injustè illato à causa extrinseca, qui metus sunt valde diversi, cum patiens metum ab intrinseco, nullam habeat justam querelam, sicut reverà habet ille, qui patitur metum ab extrinseco, licet non incutiatur ad finem Matrimonii. Unde etiam meritò æquè est involuntarius, etsi illud involuntarium non sit intentum ab incutiente metum, sed tantum habeat occasionem ex ejus nequitia. Quidni ergo æquè irriter Matrimonium?

Nam idè metus injustè incussus irriter Matrimonium, quia tollit libertatem seu plenitudinem consensûs, five quia Matrimonium simpliciter ex illo metu contrahitur; ad hoc autem impertinens est, quòd hac vel illà intentione metus inferatur; ut constat in eo, qui metu naufragii projicit merces in mare, qui propriissimè dicitur operari ex metu, & metu coactus merces projicere, licet tempestas non sit hac intentione posita, ut merces projiceret.

Et sanè alios contractus rescindibiles esse, tametsi metus non fuerit incussus ob eum finem, videtur satis probari ex 1. Nec timorem, ff. Quod metûs causâ, ubi sic dicitur: Proinde si quis in furto vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel aliquid dedit, vel se obligavit, Pompon. l. 28. rectè scribit, posse eum ad edictum hoc pertinere; simul enim vel mortem vel vincula, scilicet injustè inferenda. Nam sequitur: Quamquam non omnem adulterum liceat occidere, vel furem, nisi se telo defendat, sed potuerunt vel non jure occidi, & ideo justum fuerit metus. Ubi nulla fit mentio alicujus intentionis, sed simpliciter statuitur hujusmodi contractus posse rescindi; ergo non debet id limitari, contra propriissimum verborum sensum, ad solum metum, animo contrahendi illatum.

Quod etiam probari potest ratione; quia (inquit Lugo supra. n. 176.) licet metus mortis injustè non inferatur ad obtinendum consensum, adhuc injustè inferitur, ut constat, & per

consequens, qui eum intulit, obligatur ratione injuriæ ad refarciendum totum damnum, quod ea de causa incurrit is, cui metus illatus est. Cum ergo ad vitandum illum metum præstitisset consensum, quem aliàs non præstitisset ad donationem vel contractum; consequens est, ut qui metu injustè illato causa fuit illius consensûs, teneatur ratione injuriæ refarcire totum illud damnum secutum, & per consequens rescindere contractum, & procurare ne quidquam patiatur eâ occasione, qui metum injustè passus est. Ad hanc enim obligationem non requiritur, quòd injuriam inferens intenderit illud damnum, quod sequitur; sed sufficit, si dedit causam injustam, ex qua per se loquendo, damnum illud consequi poterat.

Finge enim, quòd Petrus à te calumniosè accusatus, ut se defenderet, domum vèdidisset, & pretium expendisset, non est dubium, quòd tenearis ad totum illud damnum refarciendum meliori modo quo poteris: licet, non eum injustè accusaveris ad eum finem; sed ad hoc, ut tanquam reus puniretur. Similiter ergo, si, ut effragiat mortem, quam injustè vis ei inferre, offert donationem vel contractum sibi noxium, cum rerum suarum dispendio, teneberis damnum illud refarcire, & per consequens contractum rescindere, licet illud damnum non intenderit, cum æquè consequatur ex injuria illata. Hæc ille. Jam autem metus gravis injustus, qui obligat ad rescindendos alios contractus, sufficit ad Matrimonium irritandum, juxta DD. communiter.

Dices cum Sanchio supra. n. 11. si quidam tertius offerret immunitatem à morte, injustè à judice inferenda, valeret Matrimonium; ergo idem dicendum est, licet ipsemet judex offerat. Quia quando metus vitiat Matrimonium, idem est à quocumque ille inferatur.

Respondet Lugo supra. n. 179. illam immunitatem dupliciter posse offerri à tertio. Primo modo potest offerri immediatè. Secundo, solum mediatè, offerendo suam operam ad liberandum eum, quam operam non tenebatur adhibere, sed poterat justè negare. Si primo modo offeratur, idem dicendum credo, quòd tunc Matrimonium non valeat. In secundo autem casu valebit.

Est enim, meo judicio, magna differentia inter illos duos casus: quia in primo, metu injusto cogitur immediatè contrahens ad Matrimonium, quod acceptat pro ipsa immunitate immediatè, quæ ipsi de justitia debetur, atque adeò movetur immediatè metu injusto, id est, à metu carendi immunitate, quæ ipsi de justitia debetur. In secundo autem casu movetur quidem mediatè à metu injusto, immediatè tamen movetur à metu justo, nempe carendi operâ illius tertii, quæ ipsi non est debita, atque idè contractus est intrinsecè justus, ut in exemplo supra posito, si ut defendas

O o o

308. Confirmatus à simili.

309. Objectione ex Sanchez.

Solvitur ex Lugone.

310. Explicatur solutio.

305. Arguit ibidem Sanchez à simili.

306. Sic contrahens non potest rescindi.

307. Quod etiam probari potest ratione.

te ab injusta accusatione, vendis domum cui-
dam tertio, venditio est valida & justa, nec
emptor tenetur illam rescindere, habebat e-
nim titulum justum accipiendi domum, qua-
tenus dat tibi pretium, quod tibi non debet.

Quare licet injustus accusator teneatur, ut
diximus, refarcire tibi damnum illud, quod ex
injusta accusatione processit, emptor tamen
non debet reddere domum, vel rescindere
contractum; quia justissimo titulo illam acce-
pit, nempe pro pretio tibi non debito. In pri-
mo autem casu non datur titulus justus, cum
pro consensu offeratur sola immunitas imme-
diatè ex metu injusto, qui contractum vitiat.

311.
Discrimen
inter obla-
tionem ter-
tiam à ter-
tio, vel ab
ipso qui in-
justè vexat.

Hinc ergo apparet discrimen inter obla-
tionem illam factam à tertio, vel ab ipso, qui
injustè te vexat; quia hic semper offert pro pre-
tio consensus aliquid tibi debitum, atque idèd
non habet justum titulum extorquendi con-
sensum; sed semper cogit immediatè metu
injusto; sive enim pro metu mortis intendat
contractum, sive illum non intenderit, postea
tamen pro consensu offert immunitatem,
quam de justitia debebat; atque idèd jam tunc
te movere immediatè, & compellit ad consen-
sum metu injusto, nempe carenti immuni-
tate, quam jam pro pretio consensus offert...

Unde etiam constat, quomodò validum sit
votum, quod facis, ut Deus te liberet à peri-
culo mortis, injustè ab inimicis tibi inferen-
dæ. Hucusque Eminentissimus.

312.
Contra solu-
tionem ar-
guitur Pri-
mò.

Sed contrà facit: quod ille tertius nunquam
possit immediatè offerre immunitatem, sed
tantùm mediante suâ operâ, eripiendo eum
è manibus judicis, sicut enim non potest im-
mediatè ipsum occidere, ita videtur, quod
neque immediatè possit ipsum liberare, adeo-
que illa distinctio videtur superflua.

Secundò.

Deinde; saltem ex charitate debet suam o-
peram, si commodè possit, & aliunde possit ip-
si aliâ viâ recompenfari illa opera seu incom-
modum, sine quò fortè non potest ipsum li-
berare, quàm per Matrimonium, ut suppono,
& tamen nolit aliam recompenfationem jus-
tam admittere; unde si sufficiat metus illatus
non solum contra justitiam, sed etiam contra
charitatem, aut aliam virtutem, juxta supe-
riùs dicta, videtur esse eadem ratio de tertio,
quæ est de judice ipso.

313.
Tertio.

Nec valet exemplum ejus, qui emit do-
mum; quia ille non debet nequidem ex cha-
ritate dare ipsi pretium domus, absque tradi-
tione domus, & idèd ille emens nullatenus
deliquit emendo domum pro pretio, sed ma-
ximam ipsi gratiam præstitit. Ex quo etiam
apparet diversitas inter illum tertium, &
Deum, qui nullatenus debebat te liberare à pe-
riculo mortis, injustè inferendæ ab inimicis.

Saltem ex his patet, quàm omnia sint in-
certa; & tantùm probabilia, quæ hic à Docto-
ribus traduntur. Nec minùs incertum est, an

metus injustè illatus, etiam ad finem Matri-
monii, jure naturali aut divino; an vero solo
jure Ecclesiastico dirimat Matrimonium. Pro
qua controversia ponitur sequens Conclusio.

CONCLUSIO VI.

Gravis metus, injustè incussus ad fi-
nem Matrimonii, irritat Matri-
monium, sic contractum, jure
naturali seu divino.

Non parva controversia est inter Docto-
res, quo jure requiratur plena illi li-
bertas ad valorem Matrimonii, naturali, an
solum positivo. Doctor Angelicus 3. part. 2.
suppl. q. 47. a. 7. in corp. videtur sententiam
libertatem necessariam esse ex natura rei
contractus, sic enim ait: *Respondet dicitur,
quod vinculum Matrimonii est perpetuum unde
illud, quod perpetui ari respugnat, Matrimonium
collit: metus autem, qui cadit in consensum, non
perpetuitatem contractus tollit, quia per
petui restituitur in integrum. Et hoc dicitur
collit Matrimonium, & non alia.*

Hanc sententiam probabiliter iudicat
Doctor Seraphicus 4. dist. 29. q. 1. n. 5. dicit
hoc metu (qui cadit in constantem virum)
cui jura, consensum non facere Matrimonium.
Sed ratio hujus sumitur à diverso divo-
tione juris. Jura enim indulgent tales
Primum; quia præsumunt consentiam
non consensisse corde, & quia verum dicitur
sicut, ut penam redimeret. Vel etiam dicitur
quia coacta Matrimonia pessimos cum ad-
verunt habere. Alii dicunt, quod non verum
indulgentia; sed hoc facit perfecti & liberi
consensus, qui debet esse in Matrimonio, quia
ut ostensum est) plenus debet ibi esse, quia
hoc videtur probabilius.

Rogas: quid de hac re sentiat Do-
ctor Subtilis? Sic ait 4. dist. 29. q. 1. n. 1. dicit
De secundo dico, quod consensus ipso modo
est (scilicet gravi metu injustè incussus)
istam, non sufficit ad contractum Matrimonium,
ut expressè habetur extra de Sponfal. c. Un-
locum, & c. Veniens, 2. & c. Constitutio.
Sed quæ est ratio illius? Respondet dicitur
formali ipsius contractus, & a consensu, quia
quæ est, quod contractus habet talem formam,
a causa finali, propter quam efficiens dicitur
contractui talem formam.

Primum patet; quia iste contractus est liber,
& licet non liberalis; quia dat, ut dicitur
eguale; est tamen libera datio, quia contra
tionis rationem est, quod non sit libera.

Secundò à causa efficiente, quia Deus talis
instituit istam translationem summi à libero
de non est illud ab Ecclesia determinatum,
tantum expressum. Patet enim, quod dicitur

B
Sacramentum

lege nature erat istud requisitum in contractu Matrimonii, Gen. 2. Adhærebit uxori suæ: Sed non adheret quis illi, quod in vitæ tenet. Et Gen. 24. dicitur de Abraham, qui dixit illi seruo suo, Si noluerit mulier tecum venire, tunc liber eris à juramento, & cum peteret ille Rebecca, dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus voluntatem ejus, & statim quæserunt parentes: Vis ire cum homine isto? Respondit. Ibo.

Tertio ex parte finis, qui est proles procreanda, ex quo nascitur indissolubilitas vinculi. Ad istam competit istam donationem esse simpliciter liberam, quia in dictum est, & habetur 20. q. 3. Præterea Quod quis non diligit, facile contemnit. Hactenus Scotus.

Ubi satis clarè insinuat, consensum coactum esse irritum, seu non sufficere ad Matrimonium jure divino, sive illo jure, quo primò Matrimonium institutum est, quod in latiori significatione appellari potest jus naturale, ut alibi diffusius diximus.

Unde n. 8. sic scribit: Dicit etiam quidam, quòd posset dici, Ecclesiam illegitimare personam apertam, etiam pro tempore illo, pro quo est coactio: quia sicut potest illegitimare simpliciter, ita etiam in casu, vel ad tempus. Sed hoc non credo, imò statutum Ecclesie hoc requirit ad naturam istius contractus, ab efficiente determinatam, propter finem ad quem est. Quomodo clarius potuisset rejicere sententiam, quæ docet, illam irritationem oriri ex statuto Ecclesie?

Nihilominus Scholium præfixum isti numero putat, illas sententias fortè concordari posse, si dicamus, jure divino requiri plenam libertatem ad hunc contractum, & majorem, quam ad ullum alium, explicationem tamen hujus relictam Ecclesie, & fortè ultimam determinationem libertatis requisitæ: Ita Scholium. Verisimiliter, ut sic facilis solvi possent difficultates, quæ alioquin non parvæ contra sententiam Scoti ab Adversariis objiciuntur.

Sed prius videamus, quid sibi ipsi objiciat Scotus. Contrà hoc (inquit n. 8.) si iste coactus metu simpliciter consentit in istam (ut dictum est prius) vere consentit: quia ex quo virtuosus est, ut vitet peccatum mortale consentit interius concorditer verbis exterioribus: ergo cum per actum voluntatis transferatur dominium, iste transfert potestatem sui corporis in illam.

Præterea; si quis ex metu peccati mortalis contraheret Matrimonium simpliciter, putà si ex præcepto divino, vel hominis superioris, si posset hoc præcipere, simpliciter contraheret; & tamen metus peccati mortalis est ita metus, & ita cadens in constantem virum, sicut aliquis metus pænæ, imò multo magis.

Præterea; non tantum sibi potest quis timere malum, sed etiam proximo, ergo si malum imminet huic mulieri, vel peccati, ut si dicat pro

firmiter, quòd se prostituat statim, nisi ducatur: vel pænæ, ut si dicat, quòd alius vel ipsa occidet se, nisi ducatur: iste ut vitet ista mala, accipit eam, videtur quòd sit contractus Matrimonii, & tamen ibi est metus: ergo &c.

Audivistis objectiones; intendite jam resolutionibus. Ad solutionem istorum (inquit Doctor n. 9.) posset accipi ratio ex Sacramento quia requiritur libera intentio in ministrando hoc Sacramento; sed istud non est ita notum, sicut de libertate requisita ad contractum.

Hinc ad primum concedit Scotus; Quòd iste, cui imminet metus peccati, mortis vel carceris, secundam rectam rationem debet dicere verba matrimonialia, quæ exiguntur ab eo, & ex consequenti debet consentire interius concorditer verbis. Nec tamen per istum consensum transfert potestatem sui corporis in illam: quia nullus consensus est translativus, nisi merè liber. Et si dicas, saltem iste liberè habet actum voluntatis: ergo quantum est in se transfert. Respondeo; non liberè habet, quia non nisi ex metu habet, licet metus non sit causa effectiva, sed causa vehementer induciva, sicut non liberè loquitur verba exteriora, sed ex metu. Vel posset dici, quòd Deus, qui est superior dominus in ista translatione, non ratificat eam, nisi sit merè libera. Hec ille. Quomodo autem sic loquendo non mentitur, supra ex eodem declaravimus. Videantur ibi dicta.

Ad secundum dicit n. 10. Quòd contrahens ex obedientia, propter metum peccati mortalis, contrahit, ut servet justitiam, & idèd ex merà electione, & tunc videtur cessare ratio contrarietatis: quia ita diceret ille, quòd coactus ad verba, ex merà electione consentit ad verba ex justitia, quia consensum illum habet zelo justitiæ ne peccet. Breviter, ille metus justus est, & idèd non irritat, juxta dicta Conclus. præced.

Ad tertium respondet: Si tantummodo timeatur pænna in proximo, dico, quòd non posset ex tali metu esse consensus sufficiens ad Matrimonium; sed si timeatur peccatum in proximo, & hoc valde certitudinaliter, opus perfectum esset, si quis illam acciperet, ne peccaret: et si acciperet, teneret Matrimonium, quia esset consensus liber ex charitate.

Sed nunquid etiam opus charitatis est, liberare proximum à pænna? Cur ergo ex metu pænnae in proximo non posset esse consensus sufficiens ad Matrimonium? Nam etiam esset consensus liber ex charitate, nisi malum pænnae, quòd timetur proximo, aliquo modo redundaret in ipsum contrahentem, v. g. si proximus ille est meus pater, vel filius, vel uxor &c. tunc enim foret metus gravis, aliàs non, ut constat ex antè dictis.

Præterea in doctrina Scoti, hactenus tradita, displicet mihi, quòd pro firmo supponat, cum, qui coactus solum exterioriùs con-

319.

Solvitur prima obiectio ex Scoto.

Replica solvitur.

320. Solvitur secunda obiectio.

321. Solutio tertie obiectio.

322. Expenditur aliqua doctrina Scoti.

sentiret, mortaliter peccaturum, quia perniciosè mentiretur; quippe tamen consentiret interius, equidem Matrimonium non valeret; adeoque ex consensu illo externo ficto, non est natum provenire alteri majus damnum, quam si coactus etiam interius consentiret. Ex quo ergo illud mendacium graviter foret peccaminosum? Expectabo responsonem à doctioribus & magis versatis in doctrina Scoti.

Pergam interea ad illud, quod, ut dixi, hic principaliter controversatur; scilicet, an jure naturæ aut divino, an verò solo jure Ecclesiastico, metus, de quo in Conclus. irritet Matrimonium. Sententiam Scoti, D. Bonavent. & D. Thom. jam explicatam, plures alii Auctores tam veteres, quam recentiores, tam Theologi, quam Jurisperiti amplectuntur, quos videre poteris apud Sanchez sup. disp. 14. n. 1. ubi etiam eam multipliciter probat, & in fine vocat valde probabilem.

Præcipuas probationes habes supra in verbis Scoti, videlicet ex causâ formali, efficienti & finali: quamquam Pontius supra cap. 14. num. 4. ubi sequitur sententiam Scoti, probationem ex causâ formali rejiciat, dicens: Hanc sententiam Nonnulli probant; quia Matrimonium est donatio mutua vel translatio potestatis corporum. At verò donationi repugnat consensus mixtus ex voluntario & involuntario. Sed hæc ratio nullius momenti est; nam contractus Matrimonii non pertinet ad liberalitatem, sed est contractus rei pro re, datur enim corpus pro corpore; atque adeo ex eo capite non repugnet valere cum voluntario mixto. Hæc ille.

Respondeo: quamvis præcisè ex eo capite, quod sit datio, non repugnet valere cum voluntario mixto; equidem repugnat valere ex eo capite, quod sit datio corporis pro corpore indissolubiliter, & sic repugnat ex parte causæ formali, quæ non est nuda datio corporis, sed datio indissolubilis.

Alii probant (prosequitur Pontius supra) quia nullus consensus potest Matrimonium efficere contra ordinem Superioris instituentis Matrimonium. Sed Deus instituens Matrimonium voluit esse consensum omnino liberum. Igitur non valet. Sed hæc etiam ratio in eo peccat, quod existimat institutionem Matrimonii fuisse ex ordinatione Dei, & ex ejus ordinatione requiri liberum omnino consensum, cum Matrimonium sit ex naturali institutione, ut dixi sup. lib. 1. Hæc ille.

Planè id dixisti; sed malè dixisti, ut nos supra ostendimus, & idè etiam perperam hic dicis, hanc rationem in eo peccare. Videatur Sect. 3. Conclus. 2.

Rogas: ex quo ergo Pontius colligat, Matrimonium coactum jure naturali esse in va-

lidum? Respondeo: ex perpetuitate vinculi ac reciproci amoris, cum Scoti sup. D. Thom. & alii. Et quidem, inquit n. 6. cum alii contractus sint minoris momenti, & naturâ suâ dissolubiles humana auctoritate, vel contrahentium consensu, mirum non est, si validè fiant, etiam si contrahatur voluntariè mixtè. Et præterea, multa sunt alii contractus ab omnibus recepti consensus debiti in illis, que tamen locum non habent in Matrimonio. Hæc ille.

Hinc, quod bene notandum est, Pontius in textibus supra allegatis, quibus probavimus, consensum coactum non sufficere in Matrimonio, quidquid sit de aliis contractibus, non loquuntur tanquam allegati de novo statuentes, sed potius tanquam legum promulgatores, ut sic loquar; nam æquum Matrimoniis jam contractis, & declaratis, metu gravi iniuria sint, esse invalida, quæ necesse non poterant, nisi esset aliquis prior irritans; nam Matrimonium semel contractum, non potest per legem Ecclesiasticam irritari.

Instituto Ecclesiastica, inquit Hiquet in suo Comment. ad illum locum Scoti, n. 28. reducitur semper ad suam originem, quando est nova; vel si ex traditione est Apostolica, illa traditio habetur ex Concilio antiquis Patribus; casus autem prædicti ita reducitur, neque Ecclesiæ traditionem; ergo ex natura contractus prout primum institutus est, debet illa irritatio, non verò ad institutionem Ecclesiæ. Hæc ille. Lege verba Pontii supra, & ita invenies esse, sicuti jam præ-

Unde & Advertatii fatentur, non non habere statutorum formam, & non consistere, ubi talis irritatio scripta in scriptis tamen (inquit Sanchez supra n. 4.) præsertim tot Doctorum, Pontificumque in decretis ostendunt, more & usu id semper servatum esse, ut Matrimonium gratia extortum, sit irritum. Et forsan olim scripta, licet talis scriptura perierit, licet non habeatur expressum decretum Ecclesiæ, irritantis Matrimonium fidelium infideli, id tamen ita constat esse ex æquissima Ecclesiæ traditione. Hæc ille.

Verum id est effugere vim argumenti non diluere. Nam, quidquid sit de Matrimonio fidelis cum infideli, de quo loco tractabimus, Pontifices non allegant necesse aliquem vel usum, sed totaliter fundant suam responsonem in defectum consensu, non omnis omnino, sed consensu essentialiter requisiti ad Matrimonium, id est, consensu plene liberi. Patet ex verbis eorum supra allegatis. Quod si id Legibus Majorum statutum esset, aut usu seu consuetudine introductum, dicerent, se à prædictis non

323.
Pontius re-
jicit proba-
tionem Scoti
ex causa
formali,

Defenditur
probatio
Scoti.

324.
Pontius re-
jicit proba-
tionem Scoti
ex causa
efficienti.

Et defendi-
tur.

325.

accepisse, aut illius consuetudinis memi-
nissent.

Ad argumentum porro, desumptum ex
causa finali, responder Sanchez supra: est
contra finem principalem ad hunc sensum,
ut non sit ita conveniens, & aptus illi fini
consensus metu extortus, ac æquitas poscit:
non tamen est simpliciter & ex se ineptus
fini illi; cum enim sit simpliciter volunta-
rius, est aptus fini. Prior autem ineptitudo
non arguit esse jure naturæ irritum Matrimo-
nium illud, sed expedire, ut irritetur. Ita
hic Auctor.

Planè non sic arguit, esse jure naturæ ir-
ritum Matrimonium illud, quasi absolurè
sit necessarium ad honestatem rationalis crea-
turæ, ut consensus coactus in Matrimonio
non valeat (& idèd illa irritatio non est ju-
ris naturæ strictè dicti) sed arguit, ita hoc
esse consonum naturæ rationali, ut propte-
rè illa irritatio à principio institutionis
Matrimonii, fuerit à Deo hominibus inspi-
rata, & idèd est juris naturæ latè dicti, se-
cundùm principia Scoti, de quibus alibi
tractavimus.

Interim sententia opposita non est impro-
babilis, quam Sanchez sup. n. 2. credit ve-
riorem, eamque sequitur cum aliis multis,
quos ibi citat, & variè probat. Primò; quia
si metu jure naturæ irritat Matrimonium,
aut id provenit ratione injuriæ, & hoc non;
quia in metu levi invenitur injuria obligans
ad restitutionem, tamen non irritat Matrimo-
nium. Aut est, quia tollit libertatem: &
hoc etiam non; quia sæpè metus levis simili-
ter & fortius privat plena libertate: sine
dubio enim hominem avarum magis privat
libertate metus amittendæ pecuniæ, qui non
cadat in virum constantem, quàm manci-
pium metus flagellorum, qui cadit in virum
constantem.

Secundò; quia quod attrinet ad libertatem,
non minùs libera est voluntas coacta per in-
juriam merùs mortis, injustè incussi, quàm
voluntas eodem metu coacta citra injuriam
à causis liberis vel naturalibus; cum etiam
in hoc casu non omninò velit, sed ad evitan-
dum illud periculum, ut cum quis tempe-
statis tempore, ne naufragium patiat, mer-
ces in mare projicit; sed hujus libertatis de-
fectus non irritat Matrimonium; ergo &c.

Tertiò; quia Baptismus in adultis exigit
ad ejus valorem voluntatem & intentionem
suscipiendi; & tamen voluntas metu gravi
coacta sufficit ad ejus valorem, cap. *Maiores*,
de Baptismo.

Quartò; quia etiam juramentum requirit
libertatem, & tamen extortum metu gravi
obligat, cap. *Verum*, & cap. *Si verò*, de Ju-
rurando.

Tandem; quia nil magis contrariatur

consensui, quàm dolus & error, l. *Si per er-
rorem*, ff. de Jurisdic. & tamen hic non irri-
tat Matrimonium, nisi sit error personæ vel
conditionis: metus tamen irritat: quod in
aliis contractibus omninò diversum est: nam
dolus dans causam contractui bonæ fidei, il-
lum irritat, l. *Et eleganter*, §. 1. ff. de Dolo.
Metus tamen illos non irritat; ergo hæc dif-
ferentia non potest provenire ex jure natu-
rali; aliàs enim dolus dans causam Matrimo-
nio, cum magis contrarietur consensui, quàm
metus, illud irritaret. Ita Sanchez pro sua
opinione.

Incipio ab ultima probatione, & dico:
etiam dolum irritare Matrimonium, quando
versatur circa substantiam ejus, ut patet ex
antedictis; sicuti metus, qui irritat Matrimo-
nium, versatur circa ejus substantiam;
quòd autem dolus, qui versatur solum circa
accidentia, non irritet, quid mirum, cum re-
linquat plenam libertatem consensui sub-
stantiali? Unde si dabilis foret metus, etiam
gravis, injustè incussus, dumtaxat circa ac-
cidentia, dico, quòd nec ille irritaret Matrimo-
nium.

Ad quartam probationem responderi pos-
set: etiam tale juramentum non obligare, ut
patet ex ipso Sanchio eod. lib. disp. 20. n. 3.
ubi adductis multis rationibus, & citatis plu-
ribus Auctoribus, vocat eam sententiam
probabilem.

Deinde, disparitas est; quòd Matrimo-
nium fiat directè ad obligandum, idque in-
ter homines, inter quos (inquit Suarez tom.
2. de Relig. tract. 4. de Juram. lib. 2. cap.
10. n. 9.) obligationes per actiones injurio-
sas non oriuntur in his, qui per injuriam
obligari coguntur. In juramento obligatio
& est naturaliter consequens ad actum ju-
randi, qui per se primò non ad obligandum,
sed ad confirmandam veritatem ordinatur,
& ut sic obligat non ratione hominis, sed Dei,
cui reverentia servanda est, non obstante
quacumque violentiâ & injuriâ. Hæc ille.

Adde ego; Matrimonium semel validum,
potestate humanâ esse indissolubile, nisi for-
tè in rarissimo casu per dispensationem Pon-
tificis; at verò juramentum ex pluribus cau-
sis per Pontifices & alios Prælatos relaxari
potest; ergo licèt ratio naturalis dicat, Ma-
rimonium gravi metu injustè extortum à
principio esse invalidum, defectu plenæ liber-
tatis; equidem ratio naturalis solum di-
cat, illud juramentum defectu plenæ liber-
tatis posse à superioribus relaxari; quia per
hoc sufficienter subvenitur infirmitati hu-
manæ.

Quantùm ad tertiam probationem, dicen-
dum (inquit Doctor Angelicus supra ad 1.)
quòd intentio non est causa efficiens Sacramenti
in Baptismo, sed solum efficiens actionem agentis;

ultima pro-
batio.

333.
Resp. ad ul-
timam pro-
bationem.

334.
Resp. ad 4.
probatio-
nem.

Suarez;

335.
Resp. ad 3.
probationem
ex D. Th.



sed consensus est causa efficiens in Matrimonio: & ideo non est simile.

Et S. Bonavent.

Adjungo responſionem Doctoris Seraphici 4. diſt. 29. q. 1. n. 7. *Ad illud, inquit, quod obicitur, quod qui coactus conſenſit in Baptiſmum, baptizatur; Reſpondetur: quod Baptiſmus eſt opus Dei non hominum, ſed Matrimonium eſt a conſenſu hominum. Aliter poteſt dici, quod non eſt ſimile, quia non tanta libertas ibi requiritur, quanta in Matrimonio; totum enim eſt Matrimonium a conſenſu cauſatur.*

336.

Item ex Doct. Subtili.

Tertia reſponſio eſt Doctoris Subtilis ſup. n. 11. *Ad primum argumentum principale, non eſt ſimile propter tria. Primo; quia conditio baptizati eſt melior, non ſic Matrimonio aſtricti. Secundo; quia voluntas Superioris ratificat per talem conſenſum coactum aliquem fieri filium Eccleſiæ; non ſic autem in Matrimonio. Tertiò; quia in Baptiſmo non eſt ita propriè Matrimonium, ſicut adoptio. Poteſt autem bene ſufficere minus de voluntario in adoptio, quam in contrahente Matrimonium; unde non habens uſum rationis poteſt adoptari, ſed non deſponſari.*

337.

Sed hæ reſponſiones non ſatisfaciunt Pontio. Contra duas priores arguit.

Sed hæc triplex reſponſio non ſatisfacit Pontio ſuprà, cap. 14. nam. n. 9. de duabus prioribus ait: Non plenè aſſequor diſcrimen iſtud; nam ſi conſideres actionem ſive effectum gratiæ, quæ eſt effectus Baptiſmi, ſicut ejus effectus eſt opus Dei, ita etiam effectus Sacramenti Matrimonii. Adde, ad effectum Baptiſmi conſequendum neceſſariam eſſe & voluntatem, & diſpoſitionem bonam ex parte voluntatis; nunc autem non loquimur de effectu, ſed de validitate. Hæc ille.

Rejicitur ejus arg.

Qui advertere debuiffet, non ſolam gratiam eſſe effectum Baptiſmi, & Matrimonii, ſed etiam effectum Baptiſmi eſſe impreſſionem characteris, quæ Deo propria eſt, nec requirit præter voluntatem diſpoſitionem bonam ex parte voluntatis; porò Matrimonii effectus, præter gratiam, eſt vinculum ſeu obligatio Matrimonialis, quæ principaliter cauſatur à conſenſu contrahentium, & nullatenus eſt propria Deo, & ideo potiùs Matrimonium eſt opus hominum, quàm Baptiſmus, & potiùs Baptiſmus eſt opus Dei, quàm Matrimonium.

338.

Reſpondet ad Scotum.

Ad Scotum reſpondet idem Auctor n. 11. Rationes illæ, licet ſubtiles ſint, parùm tamen ſolidæ, ut de ſe patet. Quare poſſiſſima ejus ratio eſt, quia voluntas coacta, ſimpliciter eſt voluntas, & ideo ſufficit ad votum & juramentum, quod obligat apud Deum. Eadem ergo ratione; cùm ex Sacramento Baptiſmi conſurgat poſſiſſima obligatio in ordine ad Deum, & conſequenter ad Eccleſiam, ſufficit ad illum id voluntarium, quod ad peccatum mortale ſatis eſt, maxime cùm in magnam cedat Baptizati utilitatem. At verò ad Matrimonium non ſatis eſt volun-

tarium, quod ſufficit ad merendum coram Deo, vel demerendum; ſed quod cùm perpetuitate ac reciproco amore cohareat; cum eo autem non congruit voluntarium gravi metu extortum. Hæc ille.

Sed quid aliud eſt, Baptiſmum cedente magnam utilitatem Baptizati, quàm conſuetudinem Baptizati effici meliorem? Vel ergo hæc ratio Pontii eſt parùm ſolida, vel non omnes rationes Scoti ſunt parùm ſolidæ.

Cæterùm miror, hoc exemplo Baptiſmi uſum fuiſſe Sanchium, quandoquidem ipſe met diſparitatem aſſignet, dicens diſp. n. 26. alia Sacramenta non conſtituntur ex conſenſu, tanquam ex parte intrinſeca, ſed conſenſus recipientis eſt diſpoſitio, & conditio ſine qua non; & cùm voluntas coacta voluntas ſit, ſufficit; ut valida ſint: ſed in Matrimonio conſenſus eſt eſſentialiter requiſitus, & ideo nil mirum, ut is coactus non liber eſſe. Hæc ille. Ergo non valet argumentum ab aliis Sacramentis ad Matrimonium.

Et verò Baptiſmum & Confirmationem, validè parvulum ſuſcipere, abſque alio propriæ voluntatis conſenſu nemo dubitat; & idem communis ſententia docet de Sacramento Ordinis; quia videlicet per illa Sacramenta conditio parvuli ſit melior, & nullum ei ſit præjudicium, cùm cum natus ſit, neminem poſſe validum Matrimonium contrahere, abſque propriæ voluntatis conſenſu. Quid n̄ ergo valeant illa Sacramenta, vi vel metu ſulcepta, ut valeat Matrimonium? Aut cur debet Matrimonium valere ex natura rei, ut Sacramenta valeant?

Sanè per Matrimonium valent viſiſſima imponuntur onera, alia tamen, ſecus per alia Sacramenta; non enim natus in infantia, aut per vim vel metum nullam ſubit obligationem ad exequendum Ordinem, vel ad continentiam; baptizatus autem quàmvis ad multa teneatur poſt-baptiſmum, ad quæ antea non obligatus equidem differentia eſt, quod jure coactus quiſque debeat Baptiſmum ſuſcipere; ſed ſtatim Matrimonii; & ſic onera, confeſſoria Baptiſmum, non ſunt omnino in Matrimonio veluti onera confeſſoria Matrimonii. Non tango Sacramentum Confirmationis, quia patet, confirmatum nullam ex eo contrahere obligationem. Atque hæc hæc de tertia probatione.

Venio ad ſecundam & dico: eum, qui coactus eſt contrahere, quàm ille, qui contrahit ex metu injuſtè ineuſſo; nam, ut ſuprà audivimus ex Scoto 4. diſt. 29. q. un. n. 10. *Contrahens ex obedientia propter metum peccati mortalis, contrahit ut ſeruet juſtitiam, & ideo ex me-*

ra electione; quamvis enim non contraheret, nisi timeret peccatum; equidem supposita necessitate peccandi, vel contrahendi, ex se ipso eligit contractum. Et idem est, quando timetur mors citra injuriam à causa libera vel naturali; scilicet quando à causa libera per injuriam. Vide Concl. 5. ubi latius hæc deduximus

342. Profectò nisi metus injustus magis tolleret libertatem, quam metus justus, quæ causa fuisset, quòd Ecclesia, ut Adversarii volunt, magis irritasset Matrimonium ex metu injusto, quam justo? Injuria, inquit, quæ committitur in uno casu, & non in alio. Sed contra: jura superioris allegata non fundant se in injuria, sed in defectum consensûs; Cum locum non habeat consensus &c. cap. 14. de Sponfal. Ergo censent metum injustum magis repugnare consensui, quam metum justum, adeoque voluntatem per injuriam coactam minus liberam esse, quam voluntatem coactam citra injuriam.

Restat prima probatio, in qua quaeritur: an metus levis, injustè incussus, etiam vitiet jure naturæ Matrimonium; nam irritare, existimat Sanchez rectè inferri ex hac nostra Conclusionè; sed malè, ut jam ostendo. Sit itaque

CONCLUSIO. VII.

Non vitiat Matrimonium ex levi metu, injustè incusso.

343. Quantum ad forum externum hæc Conclusio certa est apud omnes tam Theologos, quam Jurisperitos; cum nulla sit lex five civilis five Ecclesiastica, quæ vel irritet, vel declaret irritum Matrimonium, aut alium quemcumque contractum metu levi etiam injustè extortum; sed omnia jura, quæ in superioribus non pauca adduximus, requirunt metum gravem, five metum, qui possit cadere in virum constantem.

Et quamvis expressè non statuatur, contractum levi metu initum esse validum; equidem à contrario sensu satis superque id ex ipsi colligitur, accedente præsertim communi consensu Doctorum, & consideratis inconvenientiis, quæ alias sequerentur, cum facile possit intercedere aliquis levis metus, & sic omnia forent obnoxia litibus & rescissio-nibus. Quæ etiam est ratio, quare forum externum nolit dare actionem ex venditione injusta, quando non est ultra aut infra dimidium justii pretii; tamen in foro interno vendens vel emens non excusentur à restitutione.

344. Accedit: quòd metus levis verè non sit metus vel coactio; arg. 1. Nec timorem, ff.

Quod metus causa. ibi: Proinde si quis metus causa rem ullam frustra timuerit, per hoc edictum non restituitur, quoniam neque vi, neque metus causa factum est. Jus ergo præsumit, tali casu adfuisse plenum & perfectum consensum, & idè in foro externo non vult dare actionem. Itaque quod attinet forum externum, sicut dixi, Omnes concedunt, Matrimonium levi metu extortum esse validum.

Quidni esset validum? Nam etiam est valida solemnis professio Religionis, tali metu facta, ut patet ex cap. penult. De His quæ vi. ibi: Non obstante violentiâ, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & idè non debuerat cadere in virum constantem. Et cap. 1. eod. ibi: Si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem Religionem intrasse.

Interim non pauci apud Sanchez 1.4. disp. 17. n. 2. docent: in foro conscientiæ tale Matrimonium non subsistere, si contrahens nullo pacto id Matrimonium eligeret, nisi eo metu perterritus. Quam sententiam etiam sequitur Lugo de Justitia & jure disp. 22. n. 14. 1. eamque Sanchez sup. n. 5. vocat satis probabilem; & sustinendo, inquit, Matrimonium metu contractum esse jure naturæ irritum, haberet longè majorem probabilitatem: at retentâ opinione, esse solo jure Ecclesiastico irritum, tenenda est tanquam probabilior hæc posterior sententia, scilicet Matrimonium esse validum, etiam in foro conscientiæ.

Nos autem contendimus, etiam retentâ opinione, Matrimonium gravi metu injustè extortum esse in validum jure naturæ, nihilominus Matrimonium levi metu extortum, tamen contrahens nullo pacto id Matrimonium eligeret, nisi eo metu perterritus, etiam in foro conscientiæ esse validum. Loquimur autem de metu levi, omnibus consideratis, quæ juxta superioribus dicta consideranda veniunt, ut ætas, sexus & familia.

Probat autem Pontius sup. cap. 18. n. 3. hæc doctrinam in primis: quia si Ecclesia sentiret, Matrimonium ex levi metu non valere, id declararet & præciperet conjuges audiri, ne in concubinato remaneret.

Sed hæc probatio, meo judicio, est parvi momenti. Nam Ecclesia negat audientiam professis per vim vel metum, qui post quin-quennium reclamant, ut expressè habetur in Concil. Trident. ff. 25. de Regul. c. 19. quod sic incipit: Quicumque Regularis præ-tendat se per vim & metum ingressum esse Religionem &c. non audiat nisi inter quinquen-nium tantum à die Professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit corâ Superiore suo & Ordinario; & tamen si per vim vel metum gravem reverà consenserint, aut subfit aliud impedimentum irritans, Pro-fessio

verè non est metus in foro externo, ex l. 7. ff. Quod metus caus.

345. Professio Religionis levi metu facta valet.

346. Aliquis docent, tale Matr. non valere in foro conscientia Sanchez Lugo.

346. Oppositum probatur ex Pontio.

fessio in foro conscientiae non subsistit; & possunt inde etiam oriri peccata, sed per accidens; nam ita professus tenetur de novo consentire. Ergo consimiliter in casu nostro, si oriantur peccata, per accidens est ex malitia ejus, qui ex metu contraxit; nam sponte sua & omnino liberè tenetur rursus consentire, ne peccet.

347. *Alia probatio ex eodem Autore.* Melius ergo probatur hæc opinio ab eodem Auctore ibidem n. 4. quia voluntarium cum levi metu non repugnat speciali rationi hujus contractus. Quod sic ostendit. Conjugium quidem perpetuum est & indissolubile: at levis metus non obstat perpetuitati conjugii, quia sicut facili negotio concipitur, facili etiam negotio depellitur. Matrimonium præterea est vinculum mutui amoris; at quò minus inter aliquos oritur amicitia, non obstat levis metus, sicut nec leves offensæ ex natura sua dissolvunt amicitiam. Pari etiam ratione non videtur obstat educationi prolis, nec esse magni alicujus damni occasio; qui enim levis metus causâ rixas excitaret, imprudens judicari deberet. Nulla ergo ratio est, propter quam dicamus, levem metum pugnare cum natura Matrimonii.

348. *Qui operatur ex levi metu non dicitur operari ex metu.* Horum autem omnium ratio desumitur ex his, quæ dixi supra: quia qui operatur ex levi metu, non dicitur neque vi neque metu operari, ut dicebat Jurisconsultus; quia habet in sua potestate sufficiens principium, quo possit metum repellere, cum operetur imprudenter; imprudentiam autem cum vitium sit, expellere potest. Quare qui, cum ad eò facile se eo metu liberare possit, non liberat, jure optimo censetur liberè operari. In quo vides, etiamsi censeamus, contractum Matrimonium ex gravi metu, injustè illato, nullum esse naturali jure, non sequi ullo pacto, non valere, si metu levi fiat, ut falsò dicebat Tho. Sanchez loco citato. Haëtenus Basil.

349. *Prima probatio contraria sententia ex Sanchez.* Qui etiam n. 5. & seqq. conatur satisficere rationibus contrariæ sententiæ: quarum prima his verbis proponitur à Sanchio supra n. 2. Idèò metus gravis irritat Matrimonium, quòd plenam consensûs libertatem impediât in viro constanti; ergo similiter irritabit metus levis, tantùm libertatis auferens in viro, qui natura sua non est ad eò constans. Tunc enim absolute verificatur ratio Pontificis, cap. Cum locum, de Sponsal. ibi: Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit. Et confirmatur: quia ibi dicitur, plenâ libertate gaudere debere Matrimonium, quâ minimè gaudet hoc levi metu intercedente.

350. *Resp. Pontii* Respondet Pontius supra n. 8. verum esse, ob eam rationem reddi nullum Matrimonium, ex metu gravi contractum, nega-

mus tamen inquit, eandem rationem locum habere, quando intervenit levis metus. Neque enim is metus auferit plenam libertatem ex sua ratione, sed ex culpa operantis. Nam cum is in sua potestate habeat, posse repellere metum levem, non potest dici operari ex eo, sed ex mera sua voluntate. Unde nunquam iste metus levis dat causam contractui, si rectè consideretur.

Quòd autem inconstans eo movetur, non officit, ut gestum illud reipsa dicatur vi aut metu fieri; potest enim & debet prudenter operari, & ut operetur prudenter, in se habet principium repellendi metum, quod secus est in metu gravi injustè illato. Hæc ille. Non est itaque præcisâ ratio, quòd metus tollat plenam libertatem, sed quia rationabiliter, servatâque constantia id facit, quare cum metus levis irrationabiliter, levisâque constantia id prætet, non iminet.

Secunda ratio Adversariorum est: levis minor metus sufficit in fœmina, ut in gravi, irritetque Matrimonium, quàm in viro, quia propter subjecti imbecillitatem minor metus eundem effectum in illa operatur, quem major in viro: ergo si metus levis eundem effectum coactionis & ablationis plenitudinis libertatis operatur in fœmina, vel in homine imbecilli, irritabit Matrimonium. Unde vir inconstans agit per levem metum, ac constanter gravem, nec inter eos distat in coactione, sed in motivo. Constantis non timet ex levi estimatione, quanto stans terretur.

Respondet Pontius sup. n. 1. immo minus gravis metus minus movet, imbecillitas in fœmina, quàm in viro, dummodo men maneat operatio intra terminos consentis, atque constantis fœminæ. At quòd metus levis est, non habet eundem effectum, idque manifestè constat, quia in illa potestate habet, levem metum repellere. Quare si non repellit, idèò est, quantum vult repellere, ac proinde inconstans est, imprudenter agit. Hæc ille.

Tertia ratio sic sonat: Jus constituit crimen inter metum gravem, & levem, & constituitur presumptioni; præsumit enim metum gravem, causam esse actus, levem autem minimè. Jus autem presumptioni inconstans, non habet locum in foro conscientiæ, si in contrarium sit veritas. Ergo si veritas ille metus levis, fuit causa Matrimonii, illud irritabit.

Respondet Pontius supra n. 6. nullatenus tem contractus Matrimonii, ex gravi metu celebrati, non esse ex ulla dispositione juris positivi, quod posset iniri præsumptioni, sed ex ipso naturali jure, quod veritate irritatur: jus autem positivum solum declarat, illud irritabit.

B. 10
Sacrum
par

dispositionem juris naturalis, & eodem jure naturali valere Matrimonium ex levi metu, inspecta etiam rei ipsius veritate. Quia non praesumitur, sed revera ita est, eum, qui ex gravi metu contrahit, ex metu operari, cum non sit in ejus potestate, gravem illum metu expellere; & praeterea, etiam ex eo metu operans, sit constans. At cum operatur ex levi metu, non praesumitur, sed revera ita est, illum non operari ex metu, neque levem metum dedisse causam contractui, quia facile in sua potestate habet, illum a se repellere. Hae ille.

353. *Quarta praesum.* Restat quarta ratio sequentis tenoris: Caeteri contractus metu levi celebrati, sunt invalidi in foro conscientiae, in hoc sensu, ut per illos acquisita sint restituenda, quia non sunt plene liberi. Sed Matrimonium majorem petit libertatem; ergo a fortiori irritabitur eo metu. Et confirmatur; quia idem metus sufficiens ad caeteros contractus rescindendos, annullat Matrimonium; sed caeteri contractus metu levi rescinduntur in foro conscientiae: ergo & Matrimonium.

354. *Respon. Pontii.* Respondet Pontius; Caeteri contractus ex metu levi facti, neque jure naturali, neque positivo rescindendi sunt, neque quod levi metu habetur, est restitutioni obnoxium; aliam non valeret, ut jam supra non semel ostensum est. Quare assumit hoc argumentum principium omnino falsum, neque satis cum eorum DD. doctrina cohaerens. Hae ille sup. num. 5.

Et cap. 10. num. 5. sic ait: Verius mihi videtur, quod Alii universi docent, contractus omnes ex levi metu factos valere in foro conscientiae, & in eodem foro nullam esse obligationem restituendi. Hujus sententiae manifesta ratio ex eo desumitur; quia metus levis est in potestate patientis metum, eumque refutare potest; nam & is, qui operatur ex tali metu, non agit prudenter. Quare in ejus potestate est, imprudenter repellere, habetque in se sufficiens principium, ut repellat, & sine metu agat. Quare voluntarie omnino videtur operari, qui cum possit facile repellere, non vult. Idem constat in eo, qui ex metu peccat, & in eo, qui ab intrinseco metu patitur.

355. *Met. levis.* Ex qua doctrina jam facile constat, in promissione vel donatione non everti eo metu titulum liberalitatis, cum in ejus potestate sit, ex eo metu non operari. Constat etiam, in contractibus aliis non censi factam injuriam aliquam, cum illam a se facile repellere possit; sed potius voluisse illam pati. Atque hanc rationem insinuasse videtur Jurisconsultus in l. Nec timorem, ff. Quod metus causa, ibi: Proinde si quis metuculosus &c. Quoniam neque vis neque me-

tu factum est. Unde levis metus non habetur ratio in jure; Clement. 1. & 3. de Foro compet. In quam sententiam est illud Celsi: Neque enim vani timoris ulla estimatio est. l. Si quis ab alio, in principio ff. de Rejudic. Non est enim metus, nisi periculum metuatur; non est autem periculum, quod verè periculum non est, etiam si quis periculum esse opinetur. Hucusque Pontius.

Sed contra. Clement. de Foro competenti, in libro, quo ego utor, tantum habet unicum cap. in quo de metu levi nulla fit mentio. Deinde: ex hoc, quod in jure non habeatur ratio levis metus, tantum sequitur, quod in foro externo non detur actio ex metu levi, actio; inquam, Quod metus causa. Alioquin passo minorem metum, succurreret officio judicis; & rescindetur contractus, ut docent Gloss. d. leg. Nec timorem; verb. Restitui, dicens: Licet alio modo restituatur. Et Gloss. cap. Cum dilectus, de His quae vi, verb. Metum; ibi: Sed ubi quis minorem metum passus est, videlicet per impressionem sive potentiam judicis, vel dolo alterius quis vendit res suas, tunc subvenitur ei iudicis officio, ff. eod. Non est verisimile. §. fin. vel per constitutionem Principum, Cod. eod. l. penult. & ult. & ff. de Officio praesidis, Illicitus: vel per responsa prudentum, ff. de Var. & extraord. cog. Medicus.

356. *Passo minorem metum succurritur officio judicis.* Contra 2. potest subinde fieri alicui injuria, tamen si eam facile a se queat repellere, ut patet in eo casu, in quo aliquis sponte ponit rem suam in aliquo loco, ut per furem auferatur, eo sine, ut furem deprehensum in furto, possit accusare; ac proinde fit ipsi vera injuria. Ergo similiter hic, quamvis alter imprudenter contrahat propter levem metum, tamen metus ille est vera injuria respectu ipsius, cum habeat jus, ut nullus metus ei inferatur; & supponitur, quod verè non contraxisset, nisi intercessisset talis metus.

357. *Potest alicui fieri injuria, tamen si eam facile possit repellere.* Contra 3. ex damno dato oritur obligatio restituendi, non quod de facto alterius erat (nam per damnum datum non accipitur jus in re ad bona illius, qui damnum dedit; sed solum jus, ut ex bonis ipsius fiat recompenratio, ut apud omnes in confesso est) sed restituendi ex propriis bonis: ergo similiter in casu proposito, esse contractus fuerit validus & dominium rei translatum sit, non tamen sine obligatione restituendi ex propriis bonis damnum illatum per talem contractum. Unde non videtur, quod argumentum istud Adversariorum assumat principium omnino falsum, neque satis cum doctrina eorum DD. cohaerens.

358. *Ex damno dato oritur obligatio restituendi ex propriis bonis.* Rogas a me; quare sit doctrina eorum DD. Respondeo: centent indistinctè, extorta per me.

356. Passo minorem metum succurritur officio judicis.

357. Potest alicui fieri injuria, tamen si eam facile possit repellere.

358. Ex damno dato oritur obligatio restituendi ex propriis bonis.

359. Aliqui centent, extorta per me.

per metum leuvm, qui est causa sine qua non, esse restituenda in foro conscientia. Probatur x.

metum leuvm, qui est causa sine qua non, esse in foro conscientia restituenda. Et probant primò; quia quàmvis jus civile non concedat actionem in hoc casu, nec contractus rescissionem, id tamen est ad vitandas lites, quæ passim suboriri possent, cum metus levis facillimo negotio probari valeat, & ne humana commercia impediatur; non tamen approbat eam receptionem, nec iustam esse censet. Ut in deceptione intra dimidium iusti pretii, jus civile ad vitandas lites denegat actionem, cum tamen eam non approbet, tenetur decipiens restituere: ergo similiter in nostro casu. Ita Sanchez l. 4. disp. 9. num. 4.

360. Respondetur ex Pontio.

Respondet Pontius supra cap. 10. num. 7. Est longè diuersa ratio. Quia in eiusmodi læsione non fuit æqualitas rei ad rem; undè tenetur ad æqualitatem reducere; defuit enim iustus titulus accipiendi excessum illum, cum nihil pro eo dederit; & id. è est naturalis obligatio restituendi. At in nostro casu est sufficiens titulus ex una parte, cum detur æquale pro æquali, & ex alia parte non est illata personæ injuria, quæ sit alicujus considerationis. Hæc ille.

361. Secunda probatio.

Probant 2. quia metu levi contractum extorquens iniustitiæ reus est, cum renitenti dante rem accipiat ob metum; ergo tenetur restituere, reducens rem ad pristinum statum, restituens quod accepit, reddito sibi eo, quod dedit, alias non reduceretur res ad æqualitatem. Et confirmatur; quia in contractibus etiam onerosis substantia obligationis consistit in consensu, l. *Obligationem*, ff. de Act. & oblig. & ut rectè & absque iniustitia incantur, debet concurrere libera utriusque contrahentis voluntas, quæ iniustè & cum injuria, qualicumque metu, etiam levi, cogitur: ergo tenetur cogens, ut injuriam resarciat, contractum rescindere, restituere altero contrahente in suam pristinam libertatem, omni metu deposito. Ita Sanchez supra.

362. Reprobatur ex Pontio.

Huic argumento (inquirit Pontius supra) Nonnulli respondent, eo ipso quòd in contractibus onerosis datur res pro re, non esse commissam iniustitiam in re ipsa, quia non seruauerit æqualitatem; seruasse enim supponitur inter rem & rem; & hæc æqualitas seruata cum voluntario ad peccatum sufficienti, satis est, ut contractus ille valeat in conscientia, & ut transferatur dominium; nam in eo nulla iniustitia commissæ est. Solum ergo dicunt, injuriam factam esse personæ, quatenus contra ejus ingenitam libertatem factum est. Ex eo autem solum oritur, quòd is, cujus libertas læsa est, habeat jus petendi rescissionem contractus si voluerit, & alter ratione injuriæ illatæ personæ teneatur rescindere. Facilius tamen & veridius res-

ponderi potest, nullius considerationis esse injuriam illatam ex levi metu, cum operanti in sua potestate habeat, se ex eo metu liberare, & sufficiens principium intrinsicum, tam injuriam repellendi. Hæc ille.

Verbo ut absolvam; quod parum est pro nihilo reputatur. Quid enim, si ego dicitur quidpiam, vel egerim, quod vix aliquid ordinem habet ad damnum alicui inferendum, interim Petrus inferat damnum tertio, dicens, se non fuisse illatum damnum, nisi ego hoc dixissem vel egressum, obligabor ne propterea ad restitutionem? Nemo obligatur ad restitutionem, nisi injuria, quæ sit, verè sit causa damni, quod inferitur. Jam autem in casu nostro, quantum concedamus metum esse injuriosum, tamen non videtur verè esse causa influens in damnum; quia alter stultè motus fuit, à tali metu, & ita totum damnum potius liberæ ipsius voluntati adscribendum videtur, quàm metui, aut illi, qui talem metum intulit.

Ex quo apparet magna diuersitas inter contractum casum, & quem superius pro sententia opposita adduximus, quando videlicet aliquis rem suam spontè reponit certo loco, ut à fure auferatur; quamvis enim talis facit potuisset damnum istud impetire si non luisset; equidem verè damnum intulit tunc à fure, rem illam auferente, & hoc tuente inæqualitatem; porò in nostro vel seruat æqualitas inter rem & rem in contractibus onerosis, aut certe libertas, quæ ponitur in contractibus onerosis non provenit ab eo, qui merum metum, ut jam ostensum est, ab illo, qui metum perterritus, ultra quasi rem suam quàm donat.

Hinc Aliqui apud Pontium supra docent: nullam esse rescissionem dari in his, quæ ex metu facta sunt; sed ea valida semper putantur. Non enim audiuntur in iudiciis, quæ faciunt metum leuvm, quòd existimantur iustas, eiusmodi metum non fuisse causam gestæ; tum etiam, ne fora litibus comparantur.

Nec verò necessarium est, ut quilibet metu passis subueniatur officio iudicis, cum, ut explicatum est, nulla sit illa injuria, quæ considerari debeat, obligationem sæpius assignatam. Quare cum, qui ex metu levi operatus est, non tam metum ab aliis passus fuerit, quàm si ipsi metum intulerit; siquidem in sua potestate habuit ex principio intrinseco sufficiens, eum metum repellere, non succurritur edicto Pretoris. Nec enim illud pertinet ad eum, qui sibi metum infert. Quod mihi, inquit Pontius, probabilis apparet.

B
Sac
pa

Itaque, ut ad metum gravem revertamur, iterum assero: Si iniuste incussus fuerit, praesertim ad finem Matrimonii, cum irritare Matrimonium iure naturae seu divino, non praesertim ratione iniuriae, aut solium quia tollit libertatem; sed quia graviter iniuste tollit libertatem; in ordine ad contrahendum Matrimonium; iuxta illud quasi axioma Medicorum: *Singula quae non prosunt, simul conjuncta juvant.* Et sic responsum est ad primam rationem Sanchii pro sententia opposita praeced. Concl. adductam.

Cur autem talis metus iure naturae irriter potius Matrimonium, quam alios contractus, oritur ex speciali natura contractus Matrimonii, qui ordinatus est à Deo in perpetuitatem, prolem amanter habendam, & bene educandam, in mutuum conjugum amorem, & mutua obsequia, mutua fidem &c. quae non reperiuntur in aliis contractibus, qui neque perpetui sunt, sed facile rescindi possunt per potestatem humanam; neque requirunt mutuum amorem &c. adedque naturae aliorum contractuum non ita repugnat illa iniusta & gravis coactio per metum, sicut repugnat naturae Matrimonii.

Interim Pontio supra cap. 6. num. 4. verisimiliter videtur, contractum liberalis donationis, aut promissionis, ex metu gravi celebratum, invalidum esse omnino iure naturae, ita ut neque naturalis obligatio ex eo sequi possit. Pro qua sententia citat ibi multos alios Auctores, & ultimo loco D. Thomam, 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. ibi: *Talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille qui vim intulit, hoc meretur, ut ei promissio non servetur.*

Probat autem; quia in simili donatione aut promissione deest titulus sufficiens, ut transferatur dominium in alterum, cui promittitur aut donatur. Nam in primis; non est titulus rei pro re, cum non sit donatio ob causam; neque est titulus ipsius donationis, aut promissionis; quia non donatur voluntarie & liberaliter, sed coactè. Ad liberalem autem donationem majus voluntarium requiritur iure naturae, quam ad alios contractus; immò & plenum voluntarium. Neque enim aequitas naturalis patitur, ut quis liberaliter omnino disponat de suis rebus, & tamen coactus aliquo modo, neque enim aequum est, ut commodum ex iniquitate reportet, cum quis eam viam illud intendit.

Quare optime, in spectà donationis naturae, eam defini vit J. C. in leg. *Donationes*, ff. de *Donationibus*. *Dat. aliquis eam mente, ut statim velit accipiens fieri, nec ullo casu ad se reverti: & propter nullam aliam causam*

facit, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat. Haec proprie donatio appellatur. Quibus verbis plenum voluntarium requiri, quis ambigat? Veller enim ad se reverti, qui invitus donat. Haec ille num. 4. Et num. 5. uberius ostendit, etiam ex SS. PP. neminem liberaliter dare, qui invitus dat.

Praeterea num. 6. probat eandem sententiam à posteriori, ex eo, quod innumeris Doctores, immò omnes admittunt, cum qui iniuste aliquid extorquet per vim & metum à donante, teneri in foro conscientiae ad restitutionem: ergo (inquit ille) neque transfertur dominium, neque valet contractus, aliàs si iure naturali valeret, non esset obligatio restituendi ante sententiam, vel postulationem rescissionis, & transferretur dominium, solumque esset actio in personam, non in bona.

Rursus (prosequitur num. 7.) probatur ab absurdo; quia sequitur, lege positivâ remota, usurarium non teneri ad restitutionem, quod tamen falsum est; cum etiam usurarius mentalis ad restitutionem teneatur, quae obligatio ex constitutione humana provenire non potest. Sequelam probat, quia dici posset, ibi intervenire donationem excusè. At omnes Doctores id uno ore rejiciunt, non ex alio capite, nisi quia invitus donat. Ergo ratio invitus destruit naturam donationis. Haec ille.

Sed, meo iudicio, haec rationes à posteriori, & absurdo, parvi sunt momenti. Siquidem optime consistunt, dominium esse translatum per huiusmodi contractum, & esse obligationem restituendi ante sententiam, vel postulationem rescissionis. Etenim dominium translatum fuit per validum contractum; porro obligatio restituendi oritur ex injuria sive iniusta coactione, ex qua processit ille contractus, per quem dominium translatum fuit; illa autem injuria nequit reparari; cum tamen sit obligatio eam reparandi ante sententiam, nisi per rescissionem contractus, sive per restitutionem in integrum, quae necessariè fit per restitutionem rei acceptae, aut aequivalentis; & idè si metum passus aliâ viâ non potest rem suam, aut aequivalentem recuperare, potest eam occultè surripere, aut uti aliâ occultâ compensatione.

Pono casum, quod fur vendiderit mihi rem furtivam iusto pretio, contractus fuit validus, & dominium pretii fuit translatum in furem; arg. ff. *Qui vas*, ff. de *Furtis*, in fine: *Quod enim ex re furtiva redigitur, furtivam non esse, nemini dubium est; nummus ex l. 48 ff. ergo hic, qui redactum est ex pretio rei furtivae, de Furtis, non est furtivus.*

Putas autem, quod fur non habeat obligationem restituendi mihi pretium ante sententiam,

368. Probatio à posteriori.

Probatio ab absurdo.

369. Resp. ad probationes à posteriori & absurdo.

370. Nummus ex pretio rei furtivae, non est furtivus, ex l. 48 ff. de Furtis.

tiam, vel postulationem rescissionis contrariam, si dominus rem suam à me auferat? Putas, quòd ego non possem pretium, quod dedi, occultè surripere, aut uti alià occultà compensatione, si alià vià non possem pretium à fure recuperare? Ergo similiter in casu proposito, est donatio jure naturali valeret, adhuc posset esse obligatio restituendi ante sententiam, vel postulationem rescissionis, & esset actio in bona donata aut his æquivalentia.

371. Admittit Pontius suprà c. 7. n. 2. contractus onerosos, in quibus datur res pro re, gravi metu injustè extortos, jure naturali valere, excepto Matrimonio. Et probat; quia substantia horum contractuum solum requirit titulum legitimum & simpliciter voluntarium. Exempli gratià, ut sit venditio valida jure naturæ, solum requiritur simpliciter voluntarium, & titulus pretii pro re; quia non potest esse contractus nullus defectu tituli, quem adesse supponimus; ex parte verò voluntarii non est, cur requiratur tam plenum voluntarium, quia illud non est necessarium tanquam titulus, ut de donatione dicebamus. Si ergo contractus est simpliciter voluntarius, validus erit, etiam si aliquo modo displiceat. Justitia enim horum contractuum, ex æqualitate rei cum re petenda est.

372. Et tamen ibidem n. 7. probabilius existimat, esse naturalem obligationem rescindendi hujusmodi contractus, si tamen is, qui contractus contraxit, rescissionem postulet, quia, inquit, in hoc casu injustum est, ut coactus quis contraxerit; factum enim est contra jus, quod quilibet habet non alienandi sua bona, nisi cum voluerit omninò liberè, sine vi & coactione extrinseca. Sed hæc injustitia compensari potest sine damno alterius contrahentis; ergo compensanda est. Minor probatur: quia emens potest restituere rem suam domino, & accipere pecuniam, quam dedit pro re, & ita res in pristinum statum restituatur. Ergo ad id tenetur emens, si alius velit. Hæc ille.

373. Infero ego; ergo etiam ex donatione, est foret valida, equidem maneret obligatio restituendi, si donans petat restitutionem; at qui donans ex metu, censetur continè petere restitutionem, quamdiu manet metus, ergo donatarius tenetur restituere, quod accepit, aut certè metum tollere.

Probatur subsumptum ex Pontio suprà c. 6. n. 4. in fine: *Vellet enim ad se reverti, qui invitum donat.* Velle autem rem reverti ad se quid aliud est, quàm petere rescissionem? Ergo hoc ipso, juxta Pontium, quòd aliquis invitum donat, vult rescissionem donationis, cessante metu; ergo donatarius ante aliam expressam postulationem rescissionis,

tenetur rescindere; & per consequens, rem donatam restituere; tamen donatio valet, & per eam transferatur dominium rei donatæ in donatarium; ergo si non restituar, potest donans uti occultà compensatione, & vel ipsam rem donatam, vel aliam æquivalentem clanculum auferre, si sibi scandalum, ut non sit alia via rem suam recuperandi; nec aliud intendunt DD. quos Pontius putat impugnare & expugnare.

Quod attinet ad usurarium, ipse non accipit, seu non intendit accipere pretium pro pra sortem titulo donationis etiam excusata, ut eam vocat Pontius, seu coactæ, sed tantumquam aliquid sibi ex justitia debitum; cum ergo nullum habeat titulum justitiae, qui sunt, pro empto, pro mutuo, pro translatum pro hærede, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo, pro usufructo, pro praescripto, pro commisso, pro iudicato, pro panno, pro socio, & pro soluto, sequitur manifestè, ipsum non acquirere dominium istius rei, & quàmvis acciperet dominium titulo donationis excusæ, equidem juxta jam dicta teneretur statim restituere.

Audiamus Scotum 4. dist. 15. q. 2. n. 26. *Similiter, inquit, dans usuram voluntarius datur, quia nullus cogit eum ad hoc, sed voluntarius accipit pecuniam, & reddit ultra sortem, & potest dominium transferre in alium; si autem transfert dominium, ergo alius, scilicet usurarius, habet dominium.* Ita sibi objicitur Subtilis.

Et quid putabimus eum respondisse secundum, inquit, *et si transferat pecuniam, tamen recipiens tenetur restituere, quia tantum donatione transfertur, & tamen tenetur tandem restituere creditori.* Ergo restituendi rem, ex metu donatam, non datur satis probare, eam donationem non fuisse validam, aut non translatam in dominium rei donatæ in donatarium.

Etiã objicitur contra hanc sententiam Pontii: quòd votum gravi metu in peccatum tortum jure naturæ sit validum; ergo si promissio homini facta. Respondet Theologus sup. c. 6. n. 10. *Quidam Theologi dicunt, marunt, votum metu factum, ex natura esse nullum, sed non placent: est enim voluntarium, requisitum ad votum, & ad promissionem, idque colligendum est ex natura utriusque; nam promissio aut donatio, liberalis cum sit, non potest habere admixtum aliquid involuntarii in ipsa; eo enim ipso, quòd vis vel metus injustè adhibetur, tollitur ratio liberalis donationis.*

Adde: unum ex conditionibus humanæ promissionis esse, ut variatà quacumque circumstantià, non sit infidelis, qui promissionem non implet. At si sequeretur vis & metus post promissionem, Omnes concederent,

B
Sac
Mat

nullam fore, & posse non impleri: ergo & à fortiori, si ea conditio sit in promissione ipsa. Cur enim quod illam nullam redderet, postquam facta est, non reddet nullam à principio? In voto autem ex natura ipsius constat, satis esse voluntarium simpliciter. Cum enim votum sit quidam cultus Dei, non requiritur major libertas, quam ea, quæ sufficit ad Deum colendum & honorandum, sicut è contrà ea libertas sufficiens est ad peccatum. Si enim quis ex eo metu fornicaretur, peccaret. Adde etiam, hominis ad Deum nullam esse posse rationem liberalis donationis, cum nihil Deo liberaliter donari possit. Constat ergo ex dictis, disparem esse rationem. Hæc ille.

quæ sub conditione solvatur, qualis est mortis causâ donatio. Igitur cum dicimus inter sponsam & sponsam donationem valere, propriâ appellatione utimur, & factum demonstramus, quod ab eo proficiscitur, qui liberalitatis gratiâ aliquid dat, ut confessim faciat accipientis, nec unquam ullo facto ad se reverti velit. Cum vero dicimus, si hæc mente donat sponsus (sponse, ut nuptiis non secus res auferatur, posse repeti, non contrarium priori dicimus, sed concedimus inter eas personas fieri donationem eam, quæ sub conditione solvatur. Ita Julianus lib. 17. Digestorum.

Aperi nunc oculos Ponce, & vide veram donationem, & tamen impropriam juxta illam legem. Quis enim dubitet, donationem causâ mortis esse veram donationem? Et tamen non dicitur propriè donatio. Ergo similiter donatio coacta, quamvis sit verè donatio, tamen quia pro libitu donantis revocabilis, & revocanda cessante metu seu coactione, idèd minùs propriè dicitur donatio.

Præterea: videre debuisset Pontius; aliud esse, promissionem non esse validam, & promissionem posse rescindi ob injuriam supervenientem; sic enim venditio metu extorta valet, & tamen qui coactus rem suam vendidit, potest justè rem suam retinere, & non tradere illam, postquam effugit vim coactionis.

Ratio est (inquit Pontius sup. cap. 7. n. 5.) quia si non est secuta traditio ex vi coactæ venditionis, non videtur velle obligari ad traditionem, si omninò in potestate illius sit rem tradere, non imminente coactione. Nam qui hic & nunc vendit coactus ac permutat, ita ut alias non faceret, satis explicat, se nolle vendere, deficiente coactione, at que adèd si ea deficiat, nolle perficere contractum venditionis. Unde emens, ex eo quod venditor rem illi non tradat, non est rationabiliter invitatus. Voluntarium enim illud non est absolute sed conditionaliter; nempe, si sic coactus non possit effugere vim coactionis ante traditionem & perfectionem contractus. Quod satis notum est ex illo modo contrahendi, & idèd emens, rationabiliter invitatus esse non potest. Hæc ille.

Ergo consimiliter, dico ego, promissio potest esse valida à principio, sic tamen, ut propter injuriam illatam, cessante coactione, nulla sit obligatio rem promissam tradendi; sicuti quàmvis ab initio fuisset omninò libera, & per consequens absolute valida, tamen propter supervenientem injuriam fieret, ut promissor non teneretur rem promissam tradere.

Si dixeris: secundum Pontium supra, illa venditio non est valida absolute, sed tantum adjunctâ traditione. Respondeo: traditionem non posse efficere venditionem validam,

380. Donatio causâ mortis est vera donatio sed impropria.

381. Aliud est, promissionem esse invalidam, & aliud eam posse rescindi.

Pontius.

382. Objeçtio solvitur.

377. Examinatur hæc dictio. 378. Miror (inquit Pontius sup. n. 5.) alicui in mentem venisse, liberaliter dare eum, qui invitus donat, id quod lumine ipso naturalium esse videtur. Idem etiam indicant, quicumque liberalitatis naturam attigerunt. Incipiamus ab Aristotele, qui 4. Topic. c. 4. donum vocat esse datum irredibile, id est, non alto animo, quam miserendi. At invitus donans nihil minus vult, quam esse irredibile ex affectu. Deinde I. C. in d. l. Donationes, ibi: Ut statim velut accipientis fieri, & in nullo casu ad se reverti. Expendo hæc verba, quæ nostram sententiam continere, adèd certum est, ut qui non videat, planè sit cæcus. An ea, quæ quis invitus donat, nollet in ullo casu ad se reverti? Planè vellet etiam cum donat. Ergo ea donatio coacta deficit à donationis ratione, quam veram donationem esse Jurisconsultus affirmat. Hæc ille. Sed næ Pontius cæcus fuisse videtur, qui, ubi Jurisconsultus scribit, Propriè donatio, ipse legit: Verè donatio, quasi idèd sit vera donatio & propria donatio, cū tamè oppidò sint distincta, ut ostendit ex ipsa eadem lege, quæ sic incipit: Donationes complures sunt. Dat aliquis ea mente, ut statim velut accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti, & propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem & munificentiam exerceat, hæc propriè donatio appellatur. Dat aliquis, ut tunc demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit, non propriè donatio appellabitur, sed totum hoc donatio sub conditione est. Item, cum quis ea mente dat, ut statim quidem faciat accipientis, si tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velut ad se reverti, non propriè donatio dicitur: sed totum hoc donatio est,

dam, quæ de se est invalida, cum traditio tantum sit extrinsecum complementum venditionis, nam intrinsicè pericitur consensu; si ergo consensus de se non valeat, non potest reddi validus per traditionem.

Ponamus venditionem fuisse extortam dolo substantiali, ad eoque de se invalidam; existimas, quia valida efficietur per traditionem rei venditæ? Nemo id hæcenus docuit, quod sciam; si ergo venditio, metu gravi injustè extorta, non sit valida absolute, non fiet valida per traditionem, eodem metu extortam.

383.
Potest fieri ut injuria, quæ reddit contractum rescindibilem, ab initio eum non invalidet.

Et dato, quod fieret valida; equidem manet rescindibilis, etiam post traditionem; ergo fieri potest, ut injuria, quæ reddit contractum rescindibilem, ab initio eum non invalidet. Ergo similiter dici posset, licet vis & metus post promissionem, reddant eam rescindibilem ad beneplacitum promittentis, quamdiu tamen eam non rescindit, manere validam, & per consequens obligare; & ideò eandem vim in ipsa promissione adhibeam, dare quidem jus promittenti, suam promissionem rescindendi, & per consequens eam non adimplendi; quamdiu tamen eam non rescindit, sed permanet voluntas, quàmvis coacta, se obligandi, verè obligare; & proinde promissionem, sic extortam, esse validam, quàmvis quocumque momento revocabilem.

384.
Professio solemnem est promissio non tantum respectu Dei, sed etiam hominis.

Denique notandum est: Professionem solemnem non tantum esse Professionem respectu Dei, sed etiam respectu hominis, seu Superioris Religionis, ut patet ex illis verbis, quæ ponuntur in forma Professionis: *Promitto Deo &c. & tibi Pater.* Ergo, dicit aliquis: metu extorta, saltem in quantum respicit Superiorem, erit jure naturæ invalida juxta Pontium; nisi dixeris, illam promissionem, quæ in Professione videtur fieri Prælato, non dirigi ad eum, tanquam immediatum terminum obligationis, quæ ex illa oritur; sed solum tanquam ad proximum terminum obedientiæ exhibendæ: proximè quippe & immediatè obligatur Religiosus Deo, obedire Prælato. Quando ergo dicit: *Promitto Deo & tibi*, tantum significat, se illi promittere, tanquam qui vice & nomine Dei hic promissionem & traditionem accipiet: ex quo tamen non sequitur, quod se velit immediatè & proximè obligare Prælato; sed solum remotè, ut dictum est, tanquam termino obedientiæ explendæ, quasi diceret: *Promitto Deo, quod tibi ero obediens.*

An respectu hominis sit promissio liberalis.

Etiã responderi posset: Professionem, quatenus respicit Superiorem, non esse promissionem liberalem, seu gratuitam; sed potius contractum onerosum, ratione cujus Religio obligatur providere Religioso professo de necessariis ad vitæ sustentationem,

& ideò metu extortam non esse jure naturæ invalidam. Atque hæc jam dicta sufficienter ad ostendendam probabilitatem sententiæ Lessii & Aliorum.

Si autem quaeritur, quid dicendum sit de sponsalibus, gravi metu injustè extortis? Respondet Lessius supra: verius videtur, non esse omninò nulla, sed more aliorum contractuum irritanda; cap. enim: *Ex ditione de Despons. impub. quo Adversarii nituntur, solum probat, ea posse irritari.*

Si objicias; ergo ex illis oritur impedimentum publicæ honestatis. Respondet idem Auctor, id posse concedi, nihil enim incommodi. Potest etiam negari, quia quod ab initio est ita debile, ut pro arbitrio potius possit in irritum revocari, censetur jure quoque si irritum. Hæc ille.

Ratio autem à priori hujus doctrinæ esse potest; quia non deest titulus legitimus, & sufficiens voluntarium.

Nihilominus Pontio supra cap. 6. n. 1. verius videtur, etiam ejusmodi sponsalia esse nulla naturali jure; quia promissio ex parte unius est inutilis & ingrata; jam autem natura promissionis videtur exigere, ut sit utilis & grata promissario; adeoque non est promissio reciproca alicujus momenti, sed simplex tantum promissio ex parte unius, alium cogit ad promissionem sive ad prestandum, & suam promissionem accepit.

Pro hæc sententia adducit Pontius Doct. Angelici 2. 2. q. 88. a. 2. *in similitudine vana esset promissio, si alius promitteret, quod ei non esset acceptum. Sponsalia, posset rescindi; ergo si contractus iniuria in ipso contractu sponsalibus, irritatur ab initio nullus.*

Sed ad hoc supra responsum tantum nihil aliud probare, quàm metu extortam posse à sponsalibus rescindi. Et etiam si ponderi posset ad primam probationem, licet inutilitatem promissionis & ingratitudinem; ut sic loquar, rei promissæ, tribuere jus rescindi.

Ad simile autem de voto, quod dicitur assert Pontius n. 14. quod debet esse gratia Deo, alioquin nullam esse obligationem. Respondet: dissimilitudinem esse, quod Deus nunquam acceptavit illud votum; hic autem supponitur promissio acceptata, tamen si ex gravi metu injustè extorta,

Utrumque ergo sit de alio contractibus, per solum nihilominus in ea sententia videtur esse Scori, videlicet Matrimonium ex tali metu contractum jure naturæ, & potius divino esse invalidum, tamen si metu aut gravi metus, justè incussus, omninò relinquit illud validum.

Enimvero certum est, Matrimonium ex natura sua seu institutione divina postulare majus voluntarium, quam alii contractus; in aliis namque contractibus consensum partium potest supplere Respublica, vel etiam parentes pro filiis consentire; in hoc autem contractu essentialiter requiritur consensus partium, ita ut neque per Rempublicam, neque per parentes possit suppleri, ut patet ex alibi dictis. Et illi, qui dicunt, in aliis contractibus sufficere contentum debitum, in Matrimonio tamen requirunt consensum realem & physicum.

Si objicias: extra de Despons. impub. cap. 1. Tu, pater filium nondum adultum, cujus voluntas non potest discerni, cui vult, potest Matrimonio tradere, & postquam filius ad perfectam aetatem pervenerit, debet hoc adimplere. Et hoc habetur ff. de Sponsal. l. Sed que patris, ubi dicitur de filia, quod tunc solum dissentienti a patre licentia conceditur sibi, si indignum moribus, vel turpem sponsum, pater ei eligat. Et probatur hoc a simili; quia Papa potest sui filios cogere ad contrahendum Matrimonium spirituale, puta ad recipiendum Episcopatum; ergo &c.

Respondet Scotus 4. dist. 29. q. un. n. 12. Illud caput potest exponi de debere de congruo, non autem de necessitate precepti. Et ad illud, quod adducitur de ff. dico, quod ita loquitur jus civile, sed jus Canonicum est contrarium. Unde illud Pauli: Filii obedite parentibus, non intelligitur quoad istud; quia in isto non tenetur filii obedire patri.

Quod autem adducitur de Matrimonio spirituali, non est simile, quia non tantam auctoritatem habet pater corporalis super filium ad Matrimonium carnale, quantum habet pater spiritualis super filium respectu Matrimonii spiritualis. Et ratio congrua est; quia hic efficitur contrahens melioris conditionis non sic autem ibi.

Ceterum opposita sententia Sanchezii, licet gravem metum injuste incussum, solo jure Ecclesiastico irritare Matrimonium, est valde probabilis; forte (inquit Scholium apud Scotum supra n. 8.) concordari possunt ambe, si dicamus, jure divino requiri plenam libertatem ad hunc contractum, & majorem quam ad ullum alium; explicationem tamen hujus relictam Ecclesie, & forte ultimam determinationem libertatis requisitam. Ita Scholium. Porro ultimam determinavit Ecclesia, solum metum gravem injuste incussum irritare; secus metum levem, aut gravem julte incussum.

Atque ex hac libertate, requisita ad Matrimonium, sive jure divino, sive Ecclesiastico, sequitur, quod non valeat ipso jure constitutio procuratoris ad illud ineundum, metu viri constantis facta. Quia Matrimonium postea celebratur virtute prioris con-

sensus, qui censetur adhuc durare, nisi sit revocatus, ut patet ex alibi dictis; ubi de Matrimonio per procuratorem; sicuti ergo ille consensus est irritus, propter metum, respectu Matrimonii, ita etiam erit irritus respectu constitutionis procuratoris ad illud; eo ipso quippe, quod est ad constitutionem procuratoris; etiam est ad ipsummet Matrimonium contrahendum.

Immo non tantum Matrimonium, & constitutio procuratoris ad illud, metu irritantur, sed etiam dotis promissio & solutio, tanquam Matrimonio accessoria, per legem: Si raptus, ff. Quod metus causa, ibi: Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem: quia est verissimum, nec talem promissionem dotis ullam esse. Ita docet Gloss. cap. 2. de lis quæ vi, verb. Caatus. ibi: Item & dos promissa per metum vel soluta non tenet; quia est accessoria ad Matrimonium.

Hanc Glossam sequitur Sanchez l. 4. disp. 12. n. 23. & alii plures quos ibi citat, quamvis dicat, tam ipsam decisionem, quam rationem ejus esse dubiam; nam Aliqui intelligunt illam legem de simplici promissione absque stipulatione, secus si per stipulationem. Alii intelligunt eam de promissione dotis non expressa certa quantitate, secus si certa quantitas promitteretur. Sic etiam Nonnulli reprobant illam rationem; Quia est accessoria &c. quia, inquit, vitiatu principali, tunc vitiatu accessorium, quando eadem ratio in utroque militat, l. Et si is. Cod. de Præditi Minor. At quamvis dos sit necessaria Matrimonio, diversissimis tractatur regulis, differenti que ratio militat. Matrimonium enim ideo metu est irritum, quia semel validum, irritari non potest. At dotis constitutio semel valida, potest ob metum rescindi.

Atque ita videmus multa locum habere in Matrimonio, quæ minimè in dote accessoria procedunt. Lex enim civilis nihil potest circa Matrimonium, cum spirituale sit, disponere; verum circa dotem passim disponunt leges. Item presentia Parochi & testium est accessoria contractui Matrimonii per Tridentinum sessione 24. cap. 1. de Matr. & tamen non irritatur metu.

His tamen non obstantibus, probabiliter potest defendi (inquit Sanchez sup.) eam esse rationem: quia quando textus non irritat expresse accessorium, sed ex ipsamet annulatione principalis, censetur irritum, necessarium prorsus est, eandem rationem militare in principali & accessorio: verum quando textus expresse irritat accessorium, eod quod principale est irritum, non oportet eandem rationem in utroque subsistere. Et ideo non obstat; quod omnia alia dicta locum habeant in Matrimonio, non autem in dote. Quia in Matrimonio expresse disposita sunt, in dote autem

Viri etiam dotis promissio, & solutio per l. 22 ff. Quod met. caus.

393. Expenditur hac lex.

Multa habent locum in Matr. qua non in dote.

394. Defenditur ratio d. leg. ex Sanchez.

autem minime; & cum diversa militet ratio, ex dispositione in Matrimonio, non sequitur idem dicendum esse in dote. In nostro autem casu est expressa dispositio, non tantum in Matrimonio, ut metu vitietur, sed etiam in dotis promissione. Hæc ille.

Cumque d. lex: *Si mulier*, generaliter loquatur, nullatenus distinguendo inter promissionem simplicem, abque stipulatione, & promissionem, vestitam stipulatione; inter promissionem dotis, expressam certâ quantitate, & non expressam, & possit velle generaliter omnem promissionem dotis ex metu gravi, iniuste incusso, irritare, neque nos distinguamus, cum evidentem rationem distinguendi non habeamus.

395. Et consimiliter, cum jura declarantia seu irritantia Matrimonia, gravi metu contracta, loquantur generaliter, non distinguendo inter coactionem respectu certâ personæ, & personæ incertæ de certis, v. g. respectu alicujus ex filiabus Petri, & nos generaliter loquamur; quia nulla evidens ratio cogit ad talem distinctionem; cogit, inquam, ut dicamus, coactionem respectu personæ incertæ de certis, non irritare; immo omnis ratio, quæ militat in uno casu, militat in altero; putâ quod Matrimonium debeat gaudere plenâ libertate, & quod Matrimonium coactum soleat habere infelices exitus: siquidem etiam Matrimonium coactum cum incertâ ex certis non gaudet plenâ libertate, cum secluso omni metu, nollit ullam ex illis ducere, adeoque cum contra voluntatem suam cogatur unam ex illis eligere, timendum est de infelici exitu.

396. Porro Adversarii opponunt r. Cum electio sit Matrimonium spirituale, valet argumentum ab ea ad Matrimonium corporale; sed quâvis electio, metu facta, nulla fit, c. 3. §. *Cæterum*. de Elect. in 6. ibi: *Quia cum arbitrium vel inordinatus captivatus affectus; vel ad certum aliquem (putâ, talem eligendum, inquit Glossa ibi) obligationis cuiusque necessitas adigit, cessat electio, dum libertas admittitur eligendi;* valet tamen, quando non est alicujus determinati, sed alicujus ex certo personarum genere: tunc enim habet substantialia electionis, cum sit inter plures: ergo similiter valebit Matrimonium, ubi aliquis non cogitur cum certa persona contrahere.

Respondet Sanchez supra n. 20. Quidquid sit de electione, an tunc valeat; est dispar ratio in Matrimonio; nam aliæ electiones possunt à lege restringi ad duos, ita ut alterum ex illis tantum fas sit eligere; Matrimonium tamen aded liberum consensum exigit, ut nulla lex possit ad numerum certum restringere.

397. Verum hæc solutio (inquit Dicastillo

disp. 4. n. 91.) difficultate non caret, ex illa enim sequeretur, nullam electionem futuram esse irritam, quia de qualibet esse potest lex, & præceptum obligans fieri.

Ideo placet respondere; quod si electio coacta ita irrita esset ex c. 3. §. *Cæterum*. de Elect. in 6. sicut irritum est Matrimonium, ex metu contractum; ex cap. *Cum Isaac* de Sponsal. & ex aliis, probabilius putarem, etiam si optio daretur eligendi unam ex determinatis personis vel Ecclesiis (dummodo per metum injustum cogatur quis ad electionem) eam electionem in eo casu fieri irritam; quia tamen in eo cap. 3. non fit irrita electio, sicut Matrimonium est irritum Ecclesiastico jure, non est eadem ratio in uno atque in alio. Hæc ille.

Sed Glossa videtur ponere æquivalentiam sic enim ait verb. *Electio: Quæ libere fit, bet, cum ex consensu procedat. Ad idem in Sponsal. Cum locum.*

Ego autem non credo esse eandem rationem de electione, & Matrimonio, sicut Matrimonio spirituali, & corporali bene advertit Scotus sup. citatus; *Quia, inquit ille, non tantam habet auctoritatem pater corporalis super filium ad Matrimonium carnalis quantum habet pater spiritualis super filium respectu Matrimonii spiritualis.* Et ratione congruentiæ ibidem adjunctam habet, *hic efficitur contrahens melioris conditionis sic autem ibi.*

Nec video; quid difficultatis hæc solutio Sanchii, quia non dicit, electiones aliquas non esse irritas, potest esse lex & præceptum magis strictum, sed expressè abstrahit ab eo, quod necesse non valeant; sed tantum ostendit non requiri libertatem in Matrimonio, quia electione; quia certum est aliquas electiones restringi posse ad certas personas, quia electio unius ex illis fit necessaria & non constat autem Matrimonium potest restringi ad certas personas, ita ut electio unius ex illis fit necessaria & valida.

Arguunt præterea Adversarii: *Leges res res datur consensus electivus, l. de electione, §. ff. de Legat. 1. Ergo cum cogatur unam personam potius quam aliam, datur consensus electivus, & ita libertas, & proinde tali coactione extortum Matrimonium, validum erit, tanquam liberè factum.*

Respondet Sanchez supra: *Ille liber non est plena, sed respectiva, quæ ad Matrimonii valorem minime sufficit: omnis enim consensus, quovis modo extortus, est liber respectivè, cum potius voluntas eligat illud Matrimonium, quam pati malum comminatum.*

Neque obstat: quod consuetudine alicubi inductum sit, ut aliqui non contrahant

B
Sac
Pal

nisi cum aliqua ex certo genere, vel etiam lege induci possit. Ea enim consuetudine (inquit Pontius sup. c. 14. n. 14.) aut lege, nulla vis infertur, cum possit non nubere. Et præterea; lex illa vel consuetudo acceptata est voluntate & motibus utentium, & cum iusta sit, non infertur vis ab extrinseco, sicut de imperio patris dicendum, cum filii nubere non poterant, sine eius consensu. Hęc ille. Itaque propter hæc argumenta non est recedendum à communi sententia, eo semper salvo, ut vis iniuste inferatur, præsertim ad finem Matrimonii.

Sed & nihil refert; quod Matrimonium contrahatur in præsentia consanguineorum & amicorum; quia, quidquid sit de præsumptione fori externi, in foro conscientie, in quo veritati standum est, si tunc verè non cessat metus, cogens ad Matrimonium, illud erit nullum. Immo nec in foro externo cessat metus præsumptio, sed tantum cogitur allegans metum, ad probandum graviolem illum fuisse, & ad clariore probationes afferendum, ut docet Felinus cap. *Causam Matrimonii*, n. 6. de Offic. deleg. dicens: Ita præsentia propinquorum non tollit, quin metus possit allegari, sed aggravat allegantem metum duobus onere probandi. Hęc ille. Quæ sequitur Sanch. sup. n. 2. t. c. alius quos citat. Si autem à me quaeritur; an qui iniuste cogit ad Matrimonium, possit altero invito resistere. Respondeo:

CONCLUSIO VIII.

Qui iniuste cogit ad Matrimonium; posset ante sententiam, altero invito, resistere; nisi intulisset damnum alio modo irreparabile.

Suppono tanquam certissimum, & ab omnibus admissum; ex parte neutrius contrahentis esse obligationem matrimonialem. Quod optime probat Doctor Seraphicus 4. dist. 29. q. 2. n. 10. ubi sic scribit: Dicendum, quod quaerere, utrum consentienti in resistentem, fiat præjudicium, est quaerere, utrum matrimoniale vinculum claudicat, ut ex parte sit solidum; & ex parte contritum; & hoc est quaerere, utrum aliquis sit vir, cuius non est uxor; & aliqua sit uxor, quæ non habet virum; & hæc in se ipsa questio solvitur, pro eo, quod in ea; optima implicantur, propter naturam Matrimonialis vinculi, quod est relativum & mutuum, quod signat ipsa comparatio & relatio uxoris ad virum. Dico igitur, quod Matrimonium non potest esse claudum, quantum ad vinculum; quia si mulier invita est, & in dissesu perseverat, tam signo, quam corde, nullum est Matrimo-

nium. Nec unius acquirit potestatem aliquam in alterum, pro eo, quod in altero extremo defuit consensus. Unde primus non se habet per modum efficientis, sed disponentis; & ideo si secundus adveniat, tunc perficit Matrimonium, pro eo, quod jam habet consensum mutuum, qui est ejus principium completum, & ex tunc vir obligatur, & ei præjudicium ad consentiendum in personam aliam generatur. Hęc ille.

Et pergit ad objectiones, dicens: Ad illud ergo, quod objicitur; quod potest renuntiare juri suo; dicendum; quod huic juri non renuntiat, nisi per votum aut Matrimonium; & quoniam in tali consensu non est votum, nec est Matrimonium, & nemo est, qui accipiat illud jus, ideo ille consensus nullum potest per se præjudicium generare.

Ad illud, quod objicitur; quod potest trans ferri per consensum animi. Dicendum; quod in translatione potestatis hujus duo sunt, scilicet donatio & acceptio. Quantum ad donationem atinet, hoc est consensus proprius; quantum ad receptionem, hoc est consensus alieni; quia ille non est ibi, ideo non est translatio.

Ad illud, quod objicitur; si illa consentiat. Dicendum; quod tunc incipit obligari, & non ratione consensus alieni tantum, sed ratione sui, qui præcesserat in actu, & erat in habitu, qui est non obligaret, quia non erat qui acciperet, ideo alieno consensu adveniente, illa consensus habet vim obligandi, quam vis prius non haberet. Posset tamen dici, quod in tali casu consensus viri renovari debet vel verbo vel signo.

Ad illud, quod objicitur; quod efficacius consentit. Dicendum, quod si iste non obligetur, hoc non est propter defectum intensionis, quia non sic, sufficienter est intensus, sed quia non est mutuum.

Restat adhuc una obiectio de vinculo charitatis; hoc enim quam vis sit perfectum, videtur tamen posse esse unius ad alterum, ita quod non sit mutuum; ita pari ratione & vinculum carnale; ergo & Matrimonium.

Responderet D. Bonaventura; Quod charitas, prout est vinculum, quod facit unum corpus spirituale, nunquam est, quin sit in utroque extremorum, alioquin non facit unum. Et in Matrimonio sunt unum sponsum & sponsa, & signatur conjunctio Dei & anime, quæ nunquam claudicat: ideo nullus est consensus quantum ad vim Sacramenti, si libertatem habet in una persona, & coactionem in alia. Itaque de hac re non est relictus dubitandi locus.

De qua ergo? An Matrimonium illud ita invalidum sit, ut nullam prorsus pariat obligationem; denudò ratificandi illud, respectu ejus, qui non est passus metum? Vel, an possit hic resistere, antequam metum passus ratificet pristinum consensum? Et quidem satis constat inter Doctores, illud Matrimonium nullam hujusmodi parere obligationem, si ille, qui liberè consentit, metus particeps non fuerit.

Qq rit,

403. Prima obiectio solvitur ex D. Bonav.

Secunda obiectio dilatur ex eod.

404. Tertia obiectio solvitur.

Quarta diluitur.

405. Ultima obiectio.

Resp. D. Bonavent.

406. Qui liberè consentit potest resistere, si non fuerit particeps metus, neque conscius.

401. Nihil refert quid Matrimonium contrahatur in præsentia consanguineorum & amicorum.

Felinus.

Sanchez.

402. Suppono tanquam certissimum, & ab omnibus admissum; ex parte neutrius contrahentis esse obligationem matrimonialem.

rit, neque illius conficius; arg. à contrario sensu c. 1. de Eo qui duxit, ubi dicitur, si quis vivente uxore contrahat cum secunda, hoc ignorante, primâ mortuâ, ad sui petitionem non separabitur à secunda, ne lucrum de suo dolo reportet; ergo si sine dolo id fecisset, etiam ad sui petitionem separari posset à secunda. Ergo similiter in casu nostro, cum ille, qui liberè contraxit, non fecerit dolum, etiam ad sui petitionem separabitur ab ea, quæ coactè consentit; ergo nulla est obligatio in foro conscientie illud Matrimonium ratificandi, aut non resiliendi, antequam metum passus ratificet suum consensum. Et ratio est: quia talis est immunis culpæ, nec se obligavit, nisi altero se illi obligante.

407. *Quid si fuerit participes? Resolvitur equidem resiliere ante sententiam, per se loquendo.*
Tota ergo difficultas & dubitatio est, quando non coactus fuit participes culpæ; quia vel ipse metum intulit, vel saltem fuit conficius. Conclusio nostra negat obligationem ante sententiam, per se loquendo, id est, secluso, damno extrinseco, alio modo non compensabili, nisi per verum contractum Matrimonii. Secludit autem hoc damnum; quia cum per injuriam illatum sit, necessariò, secundum Omnes, ex justitia est reparandum; si ergo alio modo reparari non possit, indubiè illo modo reparandum erit.

Pontius: Rarè autem continget (inquit Pontius l. 4. c. 15. n. 4.) ejusmodi Matrimonium fieri sine irreparabili damno, maxime si metus occultè fuerit illatus, ita ut probari in iudicio non possit. Cùm enim Ecclesia ejusmodi Matrimonium valere judicet, & aliàs reverè non valuerit ob metum, nihil remedii superest ad istud damnum evitandum, nisi de nudò consentire utrumque, & renovare consensum. Hæc ille.

Quidquid sit de hoc, an rarè, vel non rarè, possit ejusmodi Matrimonium fieri sine damno, alio modo irreparabili, saltem quando fiet, v.g. si metus ita sit publicus, ut facile possit probari in iudicio, neque ex separatione timetur infamia, aut aliud malum æquivalens, tunc, ait Conclusio, non esse obligationem de novo contrahendi.

408. *Quare dicuntur, Ante sententiam.*
Addit autem: *Ante sententiam*, quia ratione delicti coactionis possit, qui metum intulit, compelli à iudice ad eliciendum novum consensum, ut Omnes fatentur. Quoddè verò ante sententiam teneatur præcisè ratione injuriæ illatæ per coactionem, negat Sanchez l. 4. disp. 15. n. 5. & probat: quia non est tanta injuria coactionis, quando aliud damnum inde non sequitur, ut aliter quàm per Matrimonium resarciri nequeat: præsertim, quia si inde nullum detrimentum sequatur in fama &c. injuria est levis, & possit illa à principio liberè eligere illud Matrimonium. Et quando metus inferretur ipsi viro, est levissima injuria, & DD. oppositè sententiæ,

qui de casu metus loquuntur, & de Matrimonio cum serva, indifferenter loquuntur, sive vir sive femina metum patiatur aut deceptionem. Ergo saltem ratione injuriæ non est obligatio. Non etiam, quia ex parte sua se obligavit; quia etiam, quando contractus fuit ignarus metus vel doli, in nullaque fuit culpa, ex parte sua se obligavit, & tamen tunc non tenetur. Igitur non tenetur ante sententiam. Ita argumentatur Sanchez pro suo, & nostra sententia, quàm probabiliorè existimat.

Sed ad hoc argumentum respondet Pontius suprâ (ubi n. 5. tenet oppositam sententiam) n. 8. ratione injuriæ illatæ conjugibus in illo alia naturalis obligatio restaurandi in eodem genere, cum possit. Nec verò hoc cogenda est levis injuria, sed gravis, cum in coactione committatur peccatum mortale parquè est in eo casu vir & femina in eadem injuria non attenditur penes virum aut feminam, ut eâ ratione major cedatur in uno quàm in alio, sed attenditur penes coactionem consensûs gravem, ab extrinseco provenientem. In hoc enim injuria inferitur quoddè contra voluntatem alienæ cogitur, quod suum est, cum unusquisque ex sua natura jus habeat, ut id, quod suum est, sine quo factò arque consensu non auferatur, ut habet Regula Juris. Hæc ille.

Nec obstat: quoddè à parte rei non alienatus corpus suum; quia saltem alienatus quàmvis ex se, & quantum est ex intentione cogitur, quod videtur sufficere. Sic enim peccat taliter, qui falsum jurat; quia licet ipse non auferat à Deo suam veritatem, tamen quantum est ex se, exteriùs cogitur, Deum posse testari falsum. Ergo videtur in casu nostro, quoddè per alium exteriùs saltem cogitur quis alienare corpus suum contra propriam voluntatem, & quantum est ex parte cogentis, qui si possit, cogret eum à parte rei corpus suum alienare.

Præterea: est non teneretur ante sententiam præcisè ratione injuriæ; neque illi, quia se obligavit; cur equidem non possit obligari ratione utriusque tituli simul cogentis? Communiter docetur, eum, qui liberos castitatis, & promissionis Matrimonii extorsit copulam, teneri virginem corripitam ducere, non obstante voto suo non præcisè ratione copulæ, quia, si non præcisè promissio, non teneretur; neque ratione solius promissionis; quia si copula non fuisset subsequuta, patet, quia non obligaretur, ergo ratione utriusque tituli simul.

Et verò certum est, etiam secundum Pontium, non esse obligationem ratione solius injuriæ; nam fieri potest, ut metus inculsus fuerit ab aliquo tertio; quis autem docet, eum teneri ante sententiam ad Matrimonium cum illa, quam injustè cogit ad alienum

Matrimonium. Sed hæc satis de prima probatione Sanchii.

Secundò probat suam sententiam: Quia contractus onerosus, cum sit ab utraque parte suapte natura obligatorius, ut in eo servetur æqualitas, aut utraque pars manere debet obligata, aut neutra. Cum ergo in coacto nulla confurgat obligatio, nulla etiam confurget obligatio in cogente: si autem dicas, ratione delicti non servari æqualitatem, hoc erit pœna, atque ita iudicis compulsio desiderabitur.

Et confirmatur; quia si sub hac conditione compellens contraxisset: *Me obligo tibi, si tu te mihi obligas*, non maneret compellens aliqua obligatione contractus, nisi alter maneret obligatus; sed in Matrimonio ea inest tacita conditio; *Si alter se mihi obliget*; est enim contractus onerosus, do ut des, id est, trado tibi corpus, si tu mihi tradas; ergo altero non manente obligato, neuter obligatur.

Sed debile hoc argumentum est, inquit Pontius sup. n. 9 probat quidem, non confurgere obligationem Matrimonii, quæ debet esse mutua; non tamen probat, non confurgere obligationem naturalem aliam, ratione injuriæ illatæ, reparandi illam in eodem genere cum possit, ut etiam de contractibus aliis onerosis explicuimus supra c. 7. Hæc ille.

Porro dicto c. 7. n. 7. docet hic Auctor, esse obligationem naturalem rescindendi hujusmodi contractus, si tamen is, qui coactus contraxit, rescissionem postulet. Quia, inquit, in hoc casu injustum est, ut coactus quis contraxerit; factum enim est contra jus, quod quilibet habet, non alienandi sua bona, nisi cum voluerit omnino liberè, sine vi & coactione extrinseca. Sed hæc iniustitia compensari potest sine damno alterius contrahentis: ergo compenlanda est. Minor probatur: quia emens potest restituere rem suam domino, & accipere pecuniam, quam dedit pro re, & ita res in pristinum statum restituentur; ergo ad id teneret emens, si alius velit. Hæc ille.

Neque hanc obligationem negat Sanchez, sed in terminis concedit disp. 8. n. 4. qui sic incipit: His tamen minimè obstantibus, contraria sententia est tenenda, valere contractus metu initos, esse tamen rescindendos actione, Quod metus causa. Ita Sanchez. Illa autem actio non datur nisi ei, qui metum passus fuit, unde indubiè obligatur ille, qui metum intulit, quamdiu vult ille, qui metum passus fuit; hic autem liberè potest rescilire, nec tenetur stare contractui, tamen si alter velit; ergo ex illo metu resultat aliqua obligatio in eo, qui metum intulit, quæ tamen non invenitur in illo, qui metum passus fuit. Ergo similiter in casu proposito potest fieri, ut ratione injuriæ illatæ per metum, resultet obligatio contrahendi Matrimonium

in eo, qui metum intulit, si is, qui metum passus est, Matrimonium exigat, tamen si hic nullam habeat obligationem contrahendi Matrimonium ad petitionem alterius.

Quod clarius exemplum, quam in Sponsalibus gravi metu injustè extortis? Nam in sententia, quæ dicit, ea esse valida, certum est, quòd qui metum intulit, teneatur contrahere Matrimonium ad petitionem ejus, qui merum passus fuit, tamen si in hoc non sit similis obligatio, quia pro libito suo potest contractum rescindere, etiam ante omnem sententiam iudicis, quando sufficienter constat de metu illato; ergo confurget hic aliqua obligatio in cogente, quæ non confurget in coacto. Ergo similiter in casu nostro poterit confurgere aliqua obligatio in cogente ad Matrimonium, ratione injuriæ, quamvis nulla confurgat in coacto, ut potè qui nulli injuriam intulit. Ex quo videtur satisfactum secundo argumento Sanchii.

Argumentatur autem tertid ab exemplis: Quia, inquit, quando quis fictè contraxit Matrimonium, si aliud damnum non sequatur, probabilis est, minimè teneri deceptorem ad Matrimonium. Secundum exemplum est. In ficta Professione est contractus onerosus, quo Monachus se obligat Monasterio, & Monasterium Monacho; & Monasterium implet ex parte sua contractum, acceptando verè Monachum, & tamen non tantum non est verà Professio; sed nec etiam decipiens manet aliqua obligatione contractus, nisi per accidens ratione scandali, eò quòd confessum fictum probare non potest; quare posset fugere in locum, ubi scandalum cessaret.

Addit tertium exemplum: Quando quis contraxit cum serva, putans esse liberam, & tamen postea detecta servitute vult persistere in Matrimonio, ipsa non tenetur denuò consentire altero volente, sed tantum ex honestate debet induci. Pro quo exemplo citat Scorum 4. dist. 35. q. un. vers. *Respondeo si mulier*, ubi ait, quando aliquis ingenuus contraxit cum serva, quæ decepit contrahentem, esse compellendam servam, altero volente, in pœnam deceptionis, & sic videtur exigere iudicis sententiam. Hæc ille.

Incipio à Scoto, & subscribo ejus verba, ut veritas rei sole meridiano clariùs eluceat. *Respondeo* (inquit Doctor Subtilis) *si mulier sciens impedimentum consentiat in Matrimonio, vir cogendus est, ut consentiat in peccati sui, quia scienter decepit insciam. Et ita erit Matrimonium novum ex novo consensu; Et ista sententia est valde justa, ut decipiens insciam, in hoc, quod est dare potestatem corporis sui, qui tamen non intendit dare, vel non potest, cogatur postea veraciter implere, quod priùs fecit dolosè. In quibus verbis nõ fit expressa mentio ingenui aut servæ; nec mirum, quia*

415. Potest confurgere aliqua obligatio in cogente, quæ non sit in coacto.

416. Tertium arg. Sanchii.

417. Deceptor potest cogi ad iteratum consensum per sententiam, ex Scoto.

in illa quaestione non tractat Scorus de impedimento servitutis, sed criminis. Quippe hic est titulus: *Utrum adulterium cum aliqua vivente viro, impediatur Matrimonium cum eadem post mortem illius viri?* Interim doctrina illa etiam applicari poterit impedimento servitutis, sive ingenuo & servæ. Estque doctrina communis, scilicet, deceptorem posse cogi per sententiam ad iteratum consensum; non tamen propterea negat, etiam ante sententiam esse obligationem; quamvis & id non affirmet.

418.
Resp. ad 3.
arg. Sanchezii
& probatio
sententia op-
posita ex
Pontio.

At verò Pontius expressè affirmat, in omnibus his exemplis à Sanchio adductis esse obligationem in conscientia ante sententiam; & idè etiam in casu proposito idem docet sup. n. 5 & probat hanc unicâ ratione. Quia in contractibus, in quibus datur res pro re, manet naturalis obligatio in eo, qui vim intulit, relicti contractum, si petat is, qui coactus contraxit. Ergo etiam in contractu Matrimonii, qui metum intulit, manet obligatus standi contractui, si alius velit. Quorum ratio est ea; quia injustum est, ut ille contrahere cogatur invitus, & in hoc, qui cogit, vel coactionis particeps aut conficius fuit, reverà injustitiam commisit in personam. Ergo remanet obligatio refarciendi, & cum relaciri possit sine damno alterius, qui vim intulit, relacienda est, stando scilicet contractui, si alius velit. Ad hoc autem non est necessaria judicis sententia, cum ex injuria illata nascatur naturalis obligatio reparandi, & idè ante omnem judicis sententiam eâ obligatione tenetur. Hæc ille.

419.
Resp. San-
chii.

Sed (prosequitur n. 6.) ut huic rationi respondeat, duo dicit Tho. Sanchez num. 6. Primum, eam esse levem injuriam, atque adèd reparari non indigere. Deinde dicit; non esse necessarium, ut ea injuria reparetur in eodem genere, juxta ea, quæ dixerat disp. 14. n. 4. in solutione ad 5. Idque duobus confirmat exemplis. Primum est; quia illi, qui coactus baptizatur, infertur injuria in coactione, & tamen non est restauranda in eodem genere, scilicet annullando Baptismum. Secundum exemplum est in eo, qui fide darâ de Matrimonio, defloravit aliquam, & postea cum alia contrahit de facto atque consummat, non reparatur eâ injuriâ, reddendo nullum Matrimonium cum alia contractum.

420.
An in casu
proposito sit
levis tantum
injuria.

Sed hæc solutio insufficientis est. Et quod Primum dicit de levitate injuriæ, falsum videtur. Quia nihil tam naturale, quam ut id, quod nostrum est, sine facto nostro non transferatur, & tunc major injuria infertur, quando id quod transfertur, vel alienatur, majoris momenti est. Cùmque in contractu Matrimonii de corpore alienando agatur, non potest non censerî gravis injuria: & ita

judicat prudentum hominum judicium, quod agnoscat in hac injuria mortale peccatum.

Id autem quod secundo loco adducitur, videtur esse omninò extra rem. Restauratio quidem injuria est in eodem genere, si fieri potest, & jam non est amplius restauratio impossibilis, & extra potestatem inferentis injuriam. Quare non est reddendum nullum Baptisma collatum, neque secundum Matrimonium; quia jam ejusmodi restauratio est impossibilis inferenti injuriam, & ad impossibile nemo tenetur. At verò in nostro casu restauratio injuriæ possibilis est in eodem genere, cum adhuc sint prorsus habiles ad contrahendum; ergo reparari debet in genere. Hucusque Pontius.

Addo ego: si injuria levis est, vel, ut dicitur Sanchez, non tanta, ut digna sit satisfactione, ut est Matrimonium; ut ergo ratione Judex poterit compellere ad contrahendum Matrimonium in peccatum, cum debeat esse proportio inter culpam et poenam? Et tamen etiam Sanchez concitat compulsionem esse licitam & obligatoriam, ut patet ex antedictis.

Sed nunquid quia gravis injuria est, idè ante sententiam reparari debet per Matrimonium? Prorsus reparari debet, sed non Matrimonium. Per quid ergo? Per coactionem à metu, & restitutionem pretiæ tatis, quæ prius per injuriam erat ab aliorum damnorum famæ, honoris, ex ablatione illius libertatis sublatæ; & per consequens fieri possit, si quis coactor teneretur, etiam ante sententiam, ad Matrimonium; sicut, si quis consentit, quamvis non tenetur consentire, ut docet Sanchez l. 1. disp. 1. de his damnis extrinsecis, tamen moralitè regulariter tenetur; quia semper legitimum tabile damnum foeminae, tum in honore, re alii nubere non poterit: tum etiam non permittitur aliud inire Matrimonium.

Ergo similiter in casu nostro, si permittetur vir vel foemina aliud Matrimonium contrahere, quia metus non potest probari; liquet profectò, etiam ante sententiam injustum coactorem teneri ad faciendum Matrimonium per novum consensum, aut continuationem assensu consensûs, si alia pars injustè coacta sit, quia tunc damnum injustè illatum non est aliâ viâ reparabile.

Quando autem permittetur inire aliud Matrimonium, eò quòd metus substantivè possit probari, & æquè commodum Matrimonium, quia nulla est secuta infamia; tamen non video, quare qui injustè cogitur, non possit resilire altero invito; quia licet licet contractus, do ut des, tamen, ut bene dicit Sanchez supra l. 4. disp. 15. n. 6. est licitè

par ratio hujus, & aliorum contractuum; nam ceteri contractus metu extorti sunt validi ipso jure, & solum metum passio daturus ad rescindendum; Matrimonium metu extortum est prorsus nullum, adeoque per illud Matrimonium nullum acquiritur jus ei, qui metum intulit, in corpus alterius; sicuti qui metum intulit in aliis contractibus v. g. emptione, acquirit jus in rem emptam, & vendens perdit jus, quod habebat in rem suam occasione injustæ coactionis: quid ergo mirum, si ille qui injuste coegit, debeat rem illam restituere recepto pretio? In nostro autem casu injuste coactus non perdidit jus in proprium corpus, sed tantum libertatem consentis, hanc ergo debet restituere, qui injuste coegit, non autem dare alteri corpus suum, nisi illa datio sit necessaria ad reparandum damnum extrinsecum, quod alio modo reparari nequit.

Quantum ad eum, qui fidei consentit, Pontius l. 2. c. 5. n. 5. ita certum existimat, iterum teneri verè & ex animo contrahere, etiam secluso omni damno extrinsecò, ut judicet, oppositum omni probabilitate carere. Et in primis (inquit) eâ ratione id mihi persuadeo, quæ apud me in rebus moralibus magnam vim habet; si opposita opinio semel admittatur, latissimam aperit viam hominibus sceleratis ad decipiendas sæpè foeminas, si semel sibi persuaserint, non teneri ad contrahendum.

Deinde; sicut in promissione de futuro ex naturali jure oritur obligatio; vera efficiendi verba, stando promissis; ita etiam in assertionione de presenti, est naturalis obligatio efficiendi vera verba presentia, & non potest quis pro sua voluntate se ab ea obligatione liberare: quia non potest effici, ut non sit indecens & turpe coram Deo aliquid de presenti verbis affirmare, & aliud corde tenere. Cum ergo asserat de presenti fectus contrahens: Ego te accipio in meam, naturali jure tenetur ad ea verba vera efficienda, nec nisi vera efficiat, ea turpitudine liberatur. Et quidem verba non ad simulandam, sed ad exprimendam mentem dicta censentur. Et nemo existimandus est aliquid dixisse, quod non prius mente agitaverit. Hæc ille.

Quæ apud me parvi sunt momenti. Nam quod ad primum attinet, hæc opinio non aperit latissimam viam hominibus sceleratis ad decipiendas sæpè foeminas; quia in primis per judicem compelli possunt, & compellerentur ad verum consensum; & deinde, ut etiam fatetur Sanchez, moraliter & regulariter tenentur ante sententiam, quia moraliter & regulariter sequitur damnum notabile, quod alio modo reparari nequit, ut clarum est consideranti.

De 2. quid dicam? Nihil aliud probat;

quàm quod deceptor mentiatur coram Deo, aliquid de presenti verbis affirmans, & aliud corde tenens. Quod autem ex illo mendacioriatu obligatio postmodum verè consentiendi, non probat illud argumentum, secluso damno extrinsecò; quia quantumcumque postea mutet animum, semper manebit verum, talem fuisse mentem; nec propterea illa verba præterita accipient veritatem, quam à principio non habuerunt; quia significant proferentem accipere eam in suam pro illo tempore, quo verba illa proferuntur, id est, pro tempore presenti, quod semel falsum, nunquam potest fieri verum, quia & tempus transiit, pro quo illa verba significabant, & etiam ipsa verba transferunt.

Quod dicitis verbis fatetur Pontius l. 4. cap. 24. n. 8. ubi contra Sanchez asserit, non sufficere in casu proposito, quod interius renovetur consensus. Ratio, inquit, est manifesta: quia consensus unius exterius expressus, est pars formæ contractus civilis; ergo debet esse sensibilis, & concurrere debent verba vel nutus ex parte utriusque; alias in eo casu Sacramentum perficeretur sine verbis vel signis utriusque, sed unius tantum. Nisi forte dicat Thomas Sanchius absurdius aliquid, scilicet satis esse, verba ante annum protulisse, & postea habere animum, quasi verbis falsis possit Matrimonium perfici; illa autem verba jam non possunt fieri vera, ut constat. Hæc ille.

Ego autem dico: si constat, illa verba non posse fieri vera, etiam constat quod fectus contrahens jure naturali non teneatur, ad ea verba vera efficienda per novum consensum; quia Nemo potest ad impossibile obligari, Reg. 6. de Reg. juris in 6. & l. 185. ff. eod. Impossibile nulla obligatio est. Ergo, saltem in sententia Pontii, illud secundum argumentum nullius pili est; sed in eo Pontius sibi ipsi videtur contradicere.

Quantum ad Professionem fectam, existimat Pontius lib. 2. cap. 5. n. 11. sic professum teneri; etiam secluso scandalo, aut alio damno extrinsecò, verè profiteri. Quàmvis enim, inquit, nonnulli DD. concedant illud Antecedens (scilicet non teneri) attamen mihi omnimò falsum videtur, ut docet Suarez to. 2. de Religione lib. 1. de voto. cap. 3. n. 15. Nam in Professione & emissionem votorum intervenit etiam contractus quidam mutuus inter Religiosum & Religionem, quem verum tenetur efficere naturali jure, & obligatione fidelitatis & justitiæ: sicut & qui ordinatur in Sacris, sine animo votendi, tenetur sub mortali votum emittere castitatis, ut docet idem Suarez ibidem. Hæc ille.

Sed, quidquid sit de veritate rei in Professione, perperam pro sua opinione citat Suarez, qui in terminis docet oppositum to. 3.

Resp. ad 2.

326. Verba ejus, qui fidei contraxit, non possunt postmodum fieri vera ex Pontio.

Reg. 6. de Reg. juris in 6.

427. Pontius existimat fectum professum teneri verè profiteri, citans Suarez.

Sed hic oppositum docet.



de Relig. lib. 7. c. 2. n. 9. ubi sic lego: Secundò dicendum est, quàmvis Professio fuerit nulla ex defectu consensûs, propter fictionem & culpam profitentis, nihilominus per se non obligat ad statum Religiosum, vel ad servanda vota; per accidens autem multò magis (quàm si bonâ fide fuisset invalidè facta) obligari poterit.

428. *Mala fides per se non obligat ad Professionem integrè emittendam.*
Prima assertionis pars est communis; & in hoc fundatur, quòd hic casus solùm differt à præcedenti in mala fide ac dolo; hæc autem non sufficiunt per se obligare ad Professionem integrè emittendam; quia ex mala fide aut dolo solùm potest sequi vel obligatio ad poenam, vel ad aliquam restitutionem propter injuriam, vel nocumentum illatum; neutro autem modo sequi potest obligatio ad Professionem. Nam quòd ad poenam attinet, neque aliquis ad illam obligatur, priusquam condemnatur, præcipuè quando non est ipso jure imposita, nec ratificatio Professionis potest in poenam imponi. Quin potius si in judicio Ecclesiastico constet de tali fraude & nullitate Professionis, persona quidem alias puniatur, libera tamen relinquetur à jugo Religionis.

Quòd verò spectat ad restitutionem, regulariter non potest esse tanti momenti in hoc negotio, quin possit aliâ viâ fieri, quia per se nullum grave nocumentum inde sequitur Religioni; unde ad summum tenebitur restituere alimenta, vel alias expensas, quæ ob eam causam à Religione factæ sint, nisi ejus obsequia æquivalerent. Hæc autem restitutio aliter fieri poterit, vel si fortasse non possit, non est tanti momenti, ut propter eam cogendus sit aliquis Religionem profiteri. Hucusque Suarius. Qui non potuisset evidentius illam sententiam docere.

429. *Aliquando oritur obligatio ad implendum fidei promissum.*
Neque oppositum tradit loco à Pontio allegato, ut patet ex ejus verbis, quæ hic subdo. Adde etiam, secluso speciali præcepto Superioris seu Ecclesiæ, aliquando posse oriri obligationem, ad implendum aliquid fidei promissum, ob injuriam, eâ occasione illatam, aut propter detrimentum inde alteri resultans: quòd maximè contingere solet in promissionibus humanis, ut in fictis sponsalibus & similibus, de quibus alibi dicendum est; in votis autem vix potest hoc evenire, nisi in ficta Professione Religionis, de qua infra suo loco dicemus. Hæc ille.

Si Pontius locum illum quæsiuisset & diligenter perlegisset, invenisset indubiè oppositum ejus, quòd supra Suario adscribit, ut patet ex jam dictis.

430. *An ordinatus sine animo votendi teneatur potestatem votare.*
Quòd attinet ad Clericum, qui suscipit sacrum Ordinem, sine animo se obligandi, aut votendi continentiam; fateor Suarius ibidem docet, quòd nihilominus ex præcepto Ecclesiæ obligetur; & ratione injuriæ il-

lata Clero, & sacro Ordini, supposito statu & consuetudine Ecclesiæ, teneatur mutare voluntatem, & votum castitatis emittere. Sed magna est disparitas inter talem Clericum, & fictè professum; nam talis Clericus manet Clericus, tamen nunquam mutavit animum, & absolute nolit unquam emittere votum continentiæ: at verò fictè professus nec fuit, nec unquam erit verè professus, nisi mutet animum suum.

Audiamus Suarium sup. to. 3. lib. 9. cap. 18. n. 8. ubi sic loquitur de obligatione hujusmodi Clerici: Qui sic ordinatus est, tamen manet cum obligatione mutandi illam intentionem, & emittendi votum castitatis nam obligatio illa, quam tempore Ordinationis habuit, non fuit extincta per transgressionem ejus, sed perpetuò magis ac magis obligat quia illud tempus non fuit designatum contra illud non possit impleri debetur, sed non differretur solutio; quando tamen circumstantia temporis hoc modo designatur, ommissionem ejus non extinguit obligationem.

Et confirmatur: quia hoc votum non est propter Ordinationem in fieri, ut sic dicamus, sed propter permanentem Ordinem & statum ejus; & idè à principio debet fieri perpetuum: ergo si in principio cessatum est, semper manet obligatio illud emittere. Hæc ille. Quid autem simile reperitur in fidei Professione, aut ficto Matrimonio.

Quòd si posueris fictam susceptionem Ordinis sacri, tunc paritas erit; & iterum dicam, eum, qui fictè suscepit sacrum, per se loquendo non obligatur ad susceptionem, sed sufficit, ut aperiat suam susceptionem, à quo à parte susceptoris exierat; sicuti per se loquendo susceptor fictè conjugatus suam aperiat susceptionem, statum deleat conjugalem; similiter fictè professus declarat nullitatem Professionis, & redeat ad seculum. Ergo non minus sufficit, ut tandem reverentur principalem Conclusionem, quòd illi injustè coëgit ad Matrimonium, reddere justam coactionem, & derelinquat conjugalem, quem videbatur in foro canonico assumpsisse, sufficit, inquam, nullum fuisse damnnum, aliâ viâ irreparabilem periculumque contingit.

Disputant hic Aliqui, utrum peccet, qui non peccet, qui injustè coactus in validè contrahit Matrimonium; sed nos de hoc respondimus Disp. 1. hujus Operis, Sect. 7. Conclus. 14. n. 231. & seq. Videatur ibi dicta, quibus nihil habeo addendum.

Progredior itaque ad aliam difficultatem, & quæro; an Matrimonium metu gratè, & injustè extortum, & idè in validum, validè efficiatur per juramentum? Responsio erit.

CONCLUSIO IX.

Matrimonium metu gravi invalidè contractum, non efficitur validum juramento.

433. Aliqui ratione præsentis difficultatis pertractant hic & generaliter inquirunt, quando juramentum confirmet, vel non confirmet contractum; nos causâ vitandæ nimix prolixitatis, tantum breviter attingemus ea, quæ sunt necessaria ad explicationem & probationem nostræ Conclusionis.

In primis autem observandum; quod juramentum possit esse validum in ratione juramenti, tamen si nullatenus confirmet contractum, cui adjungitur, id est, quod possit habere vim obligandi ad veritatem rei juratæ, ob honorem divini nominis, etiam si ei, in cujus favorem jurasti, nullum acquiratur jus; quare obtentiâ relaxatione juramenti, cessât tota obligatio.

Quando verò contractum confirmat, ultra obligationem propriam juramenti, quæ tota est in ordine ad Deum, adedque virtutis Religionis, dat novum jus ipsi contrahenti, cui jurasti, & contractum in sua specie validum facit; quare, obtentiâ etiam relaxatione juramenti, remanet obligatio ex contractu, qui dedit jus justitiæ contrahenti, quæ & transit ad hæredes jurantis, eodem planè modo, ac si contractus absque juramento fuisset validus.

434. Et hinc irritari non potest hoc juramentum à Prælati Ecclesiasticis, utpote qui non possunt jus tertio acquirere, ei auferre. Excipio Pontificem maximum, qui id potest propter plenitudinem potestatis, quando in casu extraordinario id exigeret bonum commune.

Exemplum habemus in l. i. Cod. Si adversus venditionem. Si minor viginti quinque annis emptori prædii cavisti, nullam de cætero te esse controversiam facturum, idque etiam jurejurando, corporaliter præstato, servare confirmasti, neque perdidisti, neque perjurii me auctiorem tibi futurum sperare debuisti.

435. Exemplum prioris juramenti invenies in cap. Debitorum, de Jurejurando. Debitorum ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt domino reddere juramentum. Et cum usurae solutæ fuerint, creditores, ad eas restituendas, sunt Ecclesiasticæ severitate (si necesse fuerit) compellendi. Proinde ex illo juramento, & similibus, nullum jus acquiritur tertio, & idè irritari possunt à Prælati Ecclesiasticorum, qui jurarunt, eo modo, quo vota irritari possunt, & auferri alia vincula, quæ tantum obligant Deo, cujus vicem ipsi in terris gerunt.

Potèd juramentum in ratione juramenti obligat, quoties res homini promissa, potest sine peccato promittentis servari, secus si non potest servari absque peccato mortali aut veniali. Dixi: Res homini promissa; quia si soli Deo fiat juramentum, etiam requiritur, quod res promissa sit honesta & Deo placens, imò melior quàm ejus oppositum; tunc enim habet rationem voti, quod non obligat, quia non acceptatur à Deo, nisi sit de re meliori, ut patet ex materia de voto.

Hæc doctrina colligitur ex cap. Cum contingat, 28. de Jurejurando, in fine. *Netalitemen prætextu viam contingat perjuris aperiri, mulieres ipse servare debent hujusmodi juramenta, sine vi & dolo, sponte præstata, cum in alterius præjudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis eterne.* Item ex cap. *Quamvis pactum*, 2. de Pactis in 6. ibi: *Si tamen juramento, non vi, nec dolo præstato, firmatum fuerit, ab eadem omnino servari debet: cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius atrimentum.* Et Reg. 58. de Reg. juris in 6. dicit: *Non est obligatorum contra bonos mores præstitum juramentum.* Adde cap. *Si verò*, 8. de Jurejurando ibi: *Non est tutum quemlibet contra juramentum suum venire, nisi tale sit quod servatum vergat in interitum salutis eterne.* Ratio est; tum quod reverentia divini nominis exigat, ne Deum in testem falsitatis adducamus; tum, quod juramentum non sit vinculum iniquitatis, nec possit aliquis sub peccato obligari ad id, quod sine peccato facere non potest.

Atque hæc vera existimamus, tamen si juramentum gravi metu fuisset extortum; arguendo d. cap. *Si verò*, quod loquitur de tali juramento, ut patet ex principio. *Si verò aliquis quemquam gravissimo metu sub religione juramenti suum jus resutare coegerit, &c.* Item cap. *Verum*, 15. eod. *Verum in ea questione, quæ quinto loco ponitur, an a sacramenti vinculo absolvantur, qui illud in voti pro vita & rebus servandis fecerunt: nihil aliud arbitratur, quam quod antecessores nostri Romani Pontifices arbitrati fuisse noscuntur: qui tales à juramenti nexibus absolverunt.*

Ubi Gloss. verb. *Absolverunt*, sic ait: *Quidam exposuerunt de factis: quia ipso jure non tenebantur, si justo metu jurarunt.* Nos vero proprio intellectu, in dictum est sup. eod. *Si verò & supra Quod metus causa, c. Abbas.* Ubi dicitur, quod ille, qui per metum amissionis patrimonii, suum beneficium abjurat, id est, renuntiat cum juramento, possit illud repetere. Et ratio additur, *Quia quæ metu & vi fiunt, debent in irritum revocari.*

Idem habetur cap. *Ad audientiam*, eod. & redditur eadem ratio: *Quia quæ vi metusque causa sunt, carere debent robore firmitatis.* Et tamen

436. Quando juramentum obliget in ratione juramenti.

Ex diversis juribus.

437. Quid si juramentum fuerit gravi metu extortum? Perinde de est. C. 15. de Jurejur.

438. Probatur ex cap. 4. de causâ sunt, carere debent robore firmitatis. Et

tuendis, in quo vides diversas obligationes separari. Hactenus Pontius.

Et prosequitur n. 71. At si promissio de non repetendo separari non possit ab obligatione, in quam cadit juramentum, quia contractus jam est perfectus; tunc existimo, quoties cadit supra contractum invalidum, etiam jure Pontificio, juramentum nullam obligationem inducere, neque relaxatione indigere.

Ad id me movet: quod videam in d.c. *Cum contingat*, & d.c. *Quamvis pactum*, & d.c. *Licet mulieres*, cum servari precipitur juramentum cadens supra actus nullos, excipi, quando metu aut dolo extortum est: Neque enim dici potest, sensum esse, quando sponte sunt, valere contractus in ratione contractus. Nam jam supra ostensum est, Pontificem pro sua potestate, & in materia, non sibi subjecta, non potuisse validos efficere contractus. Quare cum in prima parte earum Constitutionum Pontificis, non possit esse sensus, juramento confirmari contractus, sed tantum servandum esse virtute Religionis, cum excipitur juramentum, dolo aut metu extortum, procul dubio sensus est, nullam obligationem ex eo nasci, atque idco neque relaxatione indigere.

Ratio autem, quare Pontifices in his Constitutionibus diversimodè loquantur de ejusmodi juramentis, ea mihi videtur esse. Quia cum in Pontificis potestate sit, relaxare juramentum, quoad obligationem promissionis erga Deum nomine Dei, cujus vicem gerit, sicut relaxat obligationem voti; ideo in primo casu noluit relaxare, quamvis possit, quia per repetitionem, quam non contraveniendo juramento habebat, poterat remedium adhiberi. At in 2. casu, cum juramentum etiam caderet supra non repetendum, noluerunt juramentum stare, sed relaxare in odium extorquentis per injuriam, ut remedium superesset repetitioni, & ne impediretur juramento. Hucusque Basilius.

Sed obstat, quod non erat necesse, ut ipso facto relaxarent, sed satis erat provisum, si is, qui juraverat, facile ob eam solam causam posset relaxationem juramenti obtinere, quæ obtentâ, nulla remaneat obligatio talis contractus. Qui autem sine vi aut metu juravit, omnino debeat illos contractus servare, si non ex justitia, supposito quod non confirmetur, ut vult Pontius supra, saltem ex Religione.

Obijciunt præterea Adversarii contra sententiam Sanchez, Auth. *Sacramenta puberum*, C. Si adversus vendit. quæ sic sonat: *Sacramenta puberum spontè facta super contractibus rerum suarum non retrahendis, inviolabiliter custodiantur. Per vim autem, vel per*

justum metum extorta, etiam à Majoribus (maximè ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) nullius esse momenti jubemus. At si indigerent absolutione, essent alicujus momenti, & operarentur obligationem, dum non relaxantur.

Respondet Sanchez supra num. 5. hanc Auth. nihil omnino probare. Quia agit de contractibus Majorum & Minorum, & ita de juramento metu extorto, tam in contractibus validis, quam invalidis. Quare communis solutio habet, Authenticam illam correctam esse jure Canonico, cap. *Verum*, & cap. *Si verò*, de Jurjur. in quantum decernit, juramenta metu extorta nullius esse momenti. Et cum materia juramenti sit spiritalis, in ea juri Canonico standum est, c. 2. de Jurjur. in 6. Vel 2. dicuntur Fortunio de Ultimo fine, illatione 22. n. 463. cum sequentibus; intelligi Authenticam illam, ut juramentum metu extortum nullius sit momenti, quoad obligationem homini acquisitam. Ea enim ex tali juramento non acquiritur, secus autem quoad obligationem acquisitam Deo, de qua jus civile nil disponit, ne mittat falcem in messem alienam. Hæc ille.

Et Suarez sup. n. 17. sic ait: Verba dictæ Authenticæ licet in specie duriora sint, nam de talibus juramentis dicitur: *Nullius esse momenti jubemus*; tamen in re sunt minus efficacia; quia lex civilis non habet auctoritatem declarandi, an juramentum sit validum, nec ne, nec potest irritare illud ratione solius metus aut doli, si materia juramenti licita est juranti. Sensus ergo est, nullius esse momenti in ordine ad forense iudicium læculare; cujus argumentum evidens est; quia non solum de juramentis factis à Minoribus, sed etiam de factis à Majoribus expressè loquitur lex illa; ergo non potest intelligi de nullitate obligationis juramenti in re ipsa, & in conscientia.

Adde præterea; si verum est, per illa jura concessum esse talibus juramentis specialem favorem; & vim non solum introducendi suam obligationem, sed etiam confirmandi pacta, hoc favore non gaudere talia juramenta, quando per vim & metum extorta sunt, & hoc etiam esse intentum in illis juribus, & præsertim in dicta Authentica, ut est communis sententia. Hactenus Suarez.

Sed neutra responsio placet Pontio, & contra illam quæ est Fortunii & Suarii, sic arguit supra num. 67. Supponit Authenticam in prima parte agere de contractibus invalidis, firmatis tamen juramento puberum spontè facto, & eam efficaciam negari juramentis quorum cumque extortis metu, cum tamen jam ostensum sit, non agi nisi de contra-

Solvitur ex Sanchez.

447. Alia solutio, ex Fortunio.

Ex Suario.

448. Contra hanc arguitur ex Pontio. Primum.

444

445

446

tractibus Minorum validis, quibus adjicitur juramentum; ergo non potest in eo stare differentia inter juramenta puberum, sponte facta, aut ex metu & dolo, quod unum confirmet, alterum non confirmet. Sed supposito, quod contractus sit verè validus, ita observari vult à puberibus, ut nec beneficium restitutionis detur ratione minoris ætatis: alterum verò neque à Majoribus, neque à Minoribus observari.

449.
Secundò.

Deinde; id quod primo loco dicit Suarez, tantum intelligi in ordine ad forense iudicium sæculare, non satis intelligo, quid sibi velit. Id enim est quod volumus, Constitutionem Friderici reddere nulla juramenta metu extorta, adjecta etiam actibus validis à sibi subditis, & apud suos Judices. Quod si legitime efficere potuit Fridericus, stat pro nobis Suarez. Sin autem non potuit, nulla erit ejus constitutio in hac parte, ut dicebat Thomas Sanchez, ad cujus solutionem examinandam jam accedamus. Usquead hoc Pontius.

450.
Examinatur
hac solutio
Pontii.

Verum prius oportet examinare hanc solutionem Pontii. Atque in primis; Suarez non supponit, Authenticam illam in prima parte agere de contractibus invalidis, firmatis tamen juramento puberum sponte factis, sed manifestè dubitat, an de illis agat dicens: *Si verum est, per illa jura concessam esse &c.*

Deinde; quod primo loco dicit, sic intelligendum esse puto, quod ex illo juramento, metu aut dolo extorto, nulla detur actio in forense iudicio sæculari, estò alioquin in conscientia, qui juravit, teneatur Deo solvere suum juramentum, nisi à Superiore Ecclesiastico irritetur. Hoc autem legitime potuit facere Fridericus. Ergo Suarez stat pro Pontio: Negatur Consequentia; quia Pontius non admittit illam obligationem in conscientia.

451.
Exponitur
solutio Sanchezii, ex Pontio.

Nunc accedamus ad examinandam solutionem Sanchezii. Non placet (inquit Pontius supra num. 66.) quod dicit Tho. Sanchez. Primò; quia ut dicamus eam constitutionem esse correctam per jus Canonicum, ostendendum est repugnare constitutionem juris Canonici & Friderici, quod tamen non ostenditur, nec enim repugnant. Nam licet demus, jus Canonicum decernere, servanda juramenta metu extorta: attamen id intelligendum erit, supposita habilitate terminorum, id est, juramento aliàs valido. Pone enim non cadere supra materiam licitam, vel honestam, sed re ipsa indifferentem, & ita constare non potuit, dicere jus Canonicum, servandum esse.

Præterea; pone juramentum metu extortum ad confirmandum contractum, aliàs nullum ob publicam utilitatem, in quo casu

communis sententia docet, esse nullum juramentum, non potest dici, in eo casu servandum, cum in eodem casu juramentum sponte factum nullius sit roboris. Quæque Canonice servanda dicitur juramenta, illa valida; quæ autem invalida fuerint non precipi servanda. Cumque ea juramenta, metu extorta, facta sint invalida jure civili, & non habente legitimam potestatem, non possunt ex decisione juris Canonici deduci, illa esse servanda, cum ea decisio intelligatur de validis juramentis. Hæc ille.

Omninò Ponce, ea decisio intelligatur de validis juramentis, id est, de juramentis, quæ valida forent; si absque metu practica extorta essent, & dicit, illa etiam esse valida, si metu extorta sint; at verò decisio Friderici asserit, juramenta metu extorta esse servanda, quæ aliàs sine metu facta forent valida. Quid tibi videtur Basili? Nonne hæc decisiones repugnant? Censentur quod decernunt decisionem Friderici, qui invidi juramentis, per vim & rebus servandis, juramentum hoc non obligati? Quomodo, cum illa decisio invalider omnia juramenta, etiam Majorum, per vim vel justum metum extorta? Et tamen jus Canonicum cap. *Præsumptio* allegato, decernit, tales à juramentis vinculis solvendos. Quomodo ergo non repugnant hæc decisiones? Tu cogita. Atque hæc de Authentica: *Sacramenta puberum*.

Tertiò argumentantur Adversarii contra Sanchez, & dicunt: juramentum, quod plura vitia suppleere minime potest, hoc eventu concurret duplex vitium, scilicet defectus spontaneæ voluntatis, & defectus valoris contractus, qui non extortus; ergo non sufficit juramentum locum extortum. Et confirmatur, quod tamen ne juramentum præstitum à Minoribus, tantum supplet defectum minoris ætatis, hoc est, tantum confirmat extortum eo casu, quo erat nullus defectus minoris ætatis.

Respondet Sanchez supra: faceret, ut suppleret defectum spontaneæ voluntatis, sed lud juramentum: & eâ ratione non confirmare contractum, ad quod spontaneæ voluntas desideratur, quæ tamen minoribus necessaria est, ut juramentum obliget. Ad confirmationem constat ex proxima solutione. Quia jam fatemur juramentum non suppleret duplex vitium. Hæc ille.

Hinc, ut propius accedamus ad Conclusionem nostram, cum apud omnes constet, quod valorem Matrimonii necessariam esse spontaneam voluntatem, saltem ex jure Ecclesiastico, & *Cum locum*, de Sponsal. quod certum esse debeat, quod Matrimonium gravi metu invalidè contractum, non est ciatum validum juramento? Nam istud ob-

Matrimonium invalidum est defectu spontaneae voluntatis; jam autem, ut statim audistis, juramentum metu extortum non supplet defectum spontaneae voluntatis; cum enim nec ipsum spontaneum sit, quomodo possit sup-
plere defectum spontaneae voluntatis? *Mandatum* (scribit Alexander 3. Abbati de Fontibus, & refertur c. 2. de eo qui duxit & c.) *quatenus si constituerit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, quod non sponte in primam consenserit, nec post praestitum juramentum* (ergo loquitur de Matrimonio jurato) *ipsam carnaliter cognoverit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in uxorem accepit, revertens liberam tribuas facultatem.*

Atque haec sit prima probatio nostrae Conclusionis; cui plures alias addit Sanchez, sup. num. 12. Quia, inquit, aut juratur aliquid praeteritum, & tunc juramentum non potest efficere validum Matrimonium praeteritum, quod ratione metus irritum erat; aut juratur aliquid futurum, & tunc non potest efficere Matrimonium, sed ad futurum sponsalia; aut aliquid praesens, ut quod consentit jurans in id Matrimonium, & tunc est sola testificatio consensu praesentis, qui est invalidus; ergo nullo pacto potest confirmare Matrimonium. *Item*; quia juramentum, metu extortum, non confirmat contractum, qui alias, secluso juramento, erat invalidus. Praeterea; quia personae sunt inhabiles ad contrahendum durante metu; sicut sunt inhabiles ad contrahendum clandestinè ex Decreto Ecclesiae, talia irritant Matrimonia; sed per juramentum non efficiuntur habiles; ergo &c. Praeterea; quia alioquin Ecclesia nullum attulisset remedium coactionibus, quod tamen maximè intendebat; nam qui compellit aliquem ad contrahendum, facillimè compelleret etiam ad jurandum.

Praeterea; quia Matrimonium coactum prohibetur ob publicam utilitatem, eò quod alioquin malè fervaretur pax inter conjuges & in Republica, maleque soboles educarentur: at contractus, vetitus ob publicam utilitatem, non firmatur juramento. Tandem; quia juramentum sortitur naturam primordiale actus, cui apponitur, sortiturque ejus conditiones, l. fin. C. de Non numer. pecu. sed Matrimonium requirit liberum & spontaneum consensum; ergo juramentum adjunctum Matrimonio, habet tacitam conditionem, si consensus liber sit, ac proinde ubi est coactus consensus, minime confirmabitur. Haec tenet Sanchez.

Sed non obstantibus omnibus his probationibus, Aliqui (ut refert Richardus 4. dist. 29. a. 2. q. 3.) dicunt, tale Matrimonium per juramentum confirmari, saltem in foro conscientiae: quandoque enim contractus,

qui non tenet, si non per juramentum firmetur, vel per interpositionem fidei, validus efficitur, si firmetur per alterum illorum; extra de His quae vi, *Ad aures*: ubi dicitur, quod renuntiatio electionis, facta ad terrorem laicorum, non tenet, nisi juramento, vel fide interposita, firmetur.

Subjungit Richardus: Alii dicunt, & probabiliter; quod Matrimonium, contractum coactione per metum cadentem in constantem virum, firmatum per juramentum, non tenet nec in foro exteriori, nec in foro conscientiae. Ubi per ly, *Et probabiliter*, videtur insinuare, imò & sentire, etiam priorem sententiam esse probabilem.

Quae ulterius videtur posse probari ex cap. *Inter caetera*, 22. q. 4. quod desumptum est ex Epist. D. Aug. ad Severum Milevitanum Episcopum, & sic sonat: *Inter caetera, ut rogaveras, à Patre nostro Ambrosio quae sibi, quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo Parochiano tuo, qui captus & timore necis impulsus, sua concubina juramento firmavit, ipsam in conjugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniam unquam impendere. Quia verò, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in conjugem suscipere, Matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Ergo Matrimonium metu coactum, si juramento stabilatur, efficitur validum.*

Varias solutiones huic textui adhibet Gloss. ibi, verb. *Matrimonium*, dicens: *Probabiliter potest dici, si placet, quod in quatuor casibus non tenet juramentum, per coactionem extortum, ut in voto, in extra Quod metus causa, Perlatum. In traditione rei Ecclesiasticae, 15. q. 6. Auctoritatem, & cap. seq. In dote, ut ff. Quae metus causa, Si mulier, §. Dos. In Matrimonio, ut extra de Sponsal. Cum locum, & cap. Requiritur. Quod autem dicitur hic, Matrimonium sit &c. istud, Sit, non ponitur praeceptivè, sed hortativè: vel loquitur in eo casu, quando post coactionem commissus est ei carnaliter, ut extra de Sponsal. Veniens, 2. Vel loquitur quando levis fuit coactio, illa enim non impedit Matrimonium, ff. de Rit. nupt. Si patre cogente.*

Sed nulla ex his solutionibus placet Sanchezio sup. n. 23. Non ultima; quia dicit textus: *Timore necis*; & assignat rationem: *Quia non est peccatum contrahere cum illa. Quae ratio etiam procedit in metu gravi.*

Respondeo: sed multò magis procedit in metu levi, cum tunc Matrimonium valet, & idè nulla sit disputatio inter Doctores, an sic contrahens peccet, vel non peccet; sicuti dum in validè contrahit propter metum gravem.

Nec obstat; quod textus dicat: *Timore necis*; quia & hic potest esse levis; quando videlicet non est verisimile, necem comminantes, eam illaturos.

Richardus,

457. Probatur ex c. 22. 22.

9. 4. *rogaveras, à Patre nostro Ambrosio quae sibi, quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo Parochiano tuo, qui captus & timore necis impulsus, sua concubina juramento firmavit, ipsam in conjugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniam unquam impendere. Quia verò, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in conjugem suscipere, Matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Ergo Matrimonium metu coactum, si juramento stabilatur, efficitur validum.*

458. Varias solutiones.

459. Reprobatio ultime ex Sanchez.



460.
Impugnatio
secunda.

Contra secundam solutionem objicit Sanchez: Glossam absque aliquo fundamento divinare, inter fuisse copulam. Item tunc impertinens esset ratio, quam textus assignat ibi: *Quia verò quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in conjugem accipere.* Nam esse peccatum; nec ne, nihil confert ad Matrimonii valorem.

An sit peccatum mortale contrahere Matr. ex metu invalidè.
Sanchez.

Respondeo: immo multum confert; quia aliqui apud Sanchez l. 4. disp. 16. n. 4. existimant, esse peccatum mortale, contrahere invalidè ex metu; quia contrahens quantum est ex parte sua reddit irritum Sacramentum, quod ministrat & suscipit; ergo admittit sacrilegium mortale, sicut si absolveret non subditum, vel minimè dispositum. Deinde; quia si metu mortis contraheret cum consanguinea, peccaret lethaliter; eò quòd Sacramentum irriteret. Denique; quia hic scit, se minimè transferre dominium corporis, & tamen signo externo & verbis significat, se transferre; ergo mentitur in re gravi contrariorum veritatem Sacramenti, & subinde erit lethalè.

461.
Probationes
partis affirmativæ non
convincunt.

Scio illas probationes non convincere, & alibi fuisse eis satisfactum; interim reddunt rem aliquo modo dubiam, cum tamen Aug. supra in illo textu, absque ulla omnino hæsitacione affirmet, quam prius concubinam habuerat, non esse peccatum in conjugem accipere.

Neque absque omni fundamento Glossa divinatur, inter fuisse copulam; quia valde difficile est hujusmodi hominibus, abstinere à copula, quando concubinam habent apud se.

462.
Oppugnatur
prima solutio.

Porro contra primam solutionem Glossæ, sic arguit idem Auctor: Quia ea verba: *Matrimonium sit in Deo fixum & stabile*, non videntur eum sensum habere; & sæpè non est sanum consilium concubinam ducere.

Respondeo: etiam sæpè, imò sæpiùs esse sanum consilium, tum ad salvandam animam propriam, tum etiam ad salvandam animam concubinæ. Et verò ista verba tam possunt habere sensum hortativum, quam præceptivum in illis circumstantiis; cum enim Matrimonium sit res maximè onerosa, non facile est aliquis ad illud obligandus, ubi alioquin de se non obligatur. Et aliunde August. ibi non loquitur tanquam Superior, sed tanquam particularis Doctor, à Severo consultus, quid deberet aut expedire fieri in tali casu.

463.
Quarta solutio, que etiam displicet Sanchezio.

Præter tres illas solutiones, aliam superaddit Gloss. in c. Abbas, 2. de lis quæ vi. verb. Coactus, dicens: *Vel metus non fuit probatus.* Sed & hæc displicet Sanchezio sup. qui dicit, etiam priorem Glossam habere hanc solutionem. Sed fallitur, ut patet ex verbis supra relatis. Reprobat autem eas dicens: Sed vaticinantur, nullaque probabili conjecturâ ducuntur; nec ratio in textu tradita congruit.

Defenditur.

Respondeo: optimè congruere; quia dum

metus non fuit probatus, fuit validum Matrimonium, & idèò fixum & stabile, saltem in foro externo, quod falsum fuisset, si metus gravis, injustè illatus ad finem Matrimonii fuisset probatus, ut etiam Adversarii concedunt; quia tantum volunt, tale Matrimonium valere in foro conscientie, cum tamen ibi Augustinus non distinguit inter forum conscientie & forum externum. Nam quod ait: *In Deo*, non significat Matrimonium tantum in foro conscientie esse fixum & stabile; sed idem est, quod, secundum institutionem divinam; sicut dum Apostolus dicit: *Corinth. 7. v. 39. Mater alligata est legibus ejus, liberata est: cui vult nubat: servum in Domino*, id est, juxta Græcos Patres, secundu legem Dei, quæ jubet, ut cum temperantia & prolis, non libidinis causa Matrimonium contrahas. Alii sic intelligunt: *In Deo*, id est, religiosè cum Dei timore, & ad gloriam. Tertiò sic exponitur: *In Deo*, id est, in Domini Ecclesia & Christianitate. Quæ hæc solutiones Glossæ non tam male quam putat Sanchez.

Sed, amabo, quam ipsè dicit solutionem? Vera, inquit, ex positò est, quam tradidit Fortunius de Ultimo singulis. n. 4. nec in eo cap. *Inter cætera*, nec in tota ea solutione tractari, an valeant gesta per metum, sed tantum, quæ juramenta licita sunt, vanda, ut constat ex summa illius partis posita in principio; & ibi D. A. fultum fuisse de Ubaldo, qui respondit, à consanguineis suis concubine, nec sponsondit; se eam ducturum, nec necessaria alimenta matri & fratri. fuit, ergo dubitatum de valore Matrimonii sed an juramentum fuerit licitum. Quod inquit: *Matrimonium in Deo fixum & stabile*: intelligit, juramentum illud contrahendi Matrimonium esse licitum, & servari posse: at juramentum negandi alimenta, non esse justum. Et hæc exponitur, ex ratione, quam subdit D. Aug. ibi: *verò &c.* Idem etiam confirmat Gratianus nam ad finem illius capituli sic concludit: *Sed cum his omnibus illicita juramenta contrahenda probentur.*

Vel tandem potest exponi textus dicitur D. Aug. ait: *Matrimonium sit fixum & stabile*, non loquatur asseritivè, sed ex hypothetico, quasi dicat: est daremus id juramentum confirmare Matrimonium & obligare, non sequitur, juramentum negandi alimenta obligare: quia illud est de re illicita, hoc de illicita. Hæc tenet Sanchez.

Fateor ego, quòd in tota illa questione non tractetur, an valeant gesta per metum, sed tamen in isto capite videtur supponi, quòd valeant gesta per metum, valeant, ut

quam, Matrimonium Ubaldi, quod ex metu necis juraverat suæ concubinæ Nisi dixeris, Ubaldum deubuisse deponere omnem metum, & liberè omnino eum ea contrahere, de quo infra iterum reddidit sermo. Et verò ultima expositio potest alicui videri gratis excogitata ad effugiendam difficultatem potius, quam ad solvendam; cum illius hypothesis nulla ibi fiat mentio, sed absolute dicitur: *Matrimonium in Deo sit fixum & stabile.* Atque hæc satis pro intellectu d. cap. Inter cætera.

466. Porro ad primam probationem seu argumentum Adversariorum, desumptum ex cap. Ad aures, de His quæ vii, Sanchez supra negat Consequentiam; quia ille contractus prohibetur propter privatam utilitatem, at Matrimonium ob publicam. Item; licet ille contractus irritetur, at personæ non redduntur ad contrahendum inhabiles, unde non mirum, si per juramentum possit confirmari; at Matrimonium coactum irritatur, & personæ redduntur inhabiles ad sic contrahendum; & sic nullo modo potest confirmari juramento. Hæc ille.

467. Quod autem ille contractus, qui prohibetur propter utilitatem publicam, non confirmetur juramento, probat Sanchez lib. 1. disp. 32. n. 8. ex cap. Si diligenti, de Foro competentis. Ubi dicitur, irritum esse pactum juratum, quo fori privilegio Clericus renuntiat, eò quod id privilegium, in totum Clericaliæ statûs favorem concessum sit, ibi: *Manifestè patet, quod non solum in vitiis, sed etiam voluntariis pacifici non possunt, ut secularia judicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valeat, sed potius toti collegio Ecclesiastico publicè sit in altum, cui privatorum pactio derogare non potest. Nec juramentum licitè servari potuit, quod contra canonicam statuta illicitis pactioibus informatur.*

Ubi Gloss. verb. *Juramentum*, inquit: *Sic ergo patet, quod si contractus non tenet sive pactum, juramentum de observando ipsam contractum vel pactum, non tenet neque obligat, C. de L. Non dubium. Et quia juramentum contra bonos mores & vim legum, & auctoritatem juris, nullius est momenti, ff. de Legat. 1. Si quis inquilinos, §. Si quis. Et quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, 22. q. 4. Inter cætera, & infra de Jurejur. Quanto. Item arg. quod si principale non tenet, nec accessorium, in C. de Usuris. Eos. & Cod. Depositi. l. Si deposita pecunia. & l. prædicta. Non dubium. Et infra de Fide instr. Inter dilectos. Et quia idem juris est in principali ac accessorio, sup. de Offic. deleg. Prudentiam, in fine.*

468. Sed contra hanc doctrinam objicit ibidem Gloss. cap. *Cum contingat*, de Jurejurando, & alia plura jura tam civilia, quam Canonica. Quæ multipliciter conatur reconciliare

Gloss. in d. cap. *Cum contingat*, verb. *De qua reconciliantur.* ibi: *Ad hoc dicas; quod lex consideravit quid sit utile corpori & honestum. Nam expedit mulieribus, salvas habere dotes suas, ut inveniant aliquos, quibus nubere possint, ff. Solus. Matr. l. 1. Sed canon considerat utilitatem animæ. Vel dic, quod tunc præjudicat ei mulieri juramentum, quando aliunde potest consuli mulieri, ut dicitur in Authent. Sive à me. Jo. ita solvit has contrarietates. Aliter potest dici quod sive mulier possit consulere aliunde sibi, sive non, non potest venire contra juramentum, sponte præstitum, & sine dolo vel metu. Et licet contractus talis non videatur obligatorius, quantum est de sui natura; tamen sine aliqua turpitudine potest servari juramentum, super eo præstitum, unde hic consideramus potius accessorium, quam principale, propter periculum animæ, ut hic dicitur, sicut alias obligatio non tenet, tamen juramentum super hoc præstitum debet servari, supra eodem, Debitores. Præterea, prohibitio hujusmodi alienationis fundi dotalis, non est perpetua: quia si secundo post biennium consentiat mulier, bene tenet in Authent. prædicta: Sive à me. Unde multò fortius juramentum potest confirmare, quod prius non valebat: ut quasi pro consensu secundo habeatur. Et illa contraria superius inducta intelliguntur de illis, quæ perpetuam habent causam prohibitionis, & in sua natura turpia sunt, ut patet in contrariis. Unde si juramentum ibi interveniat, non tenet, cum non possit servari sine interitu animæ. Hucusque Gloss.*

Addere potuisset: quod illa contraria, superius inducta, sint prohibita ob publicam utilitatem; hæc autem ob utilitatem privatam. Quæ autem sunt prohibita ob publicam utilitatem non confirmantur juramento. Ratio est manifesta (inquit Sanchez sup.) quia juramentum confirmat contractum, modò non fit contra bonos mores, nec in præjudicium tertii, cap. *Cum contingat*, de Jurejurand. Unde non confirmat, quando est contra publicam utilitatem principaliter; quia illi tanquam tertio præjudicatur principaliter, nec privatus favori publico renuntiare potest, sed suo tantum: at quando est solus favor publicus secundariò, & in consequentiam, lex Canonica de eo non curat, cum non oriatur magnum præjudicium bono publico, & renuntiet is, cujus principaliter interest, & inde est, ut tunc juramento confirmetur: & constat ex cap. 2. de Pactis in 6. & Authent. *Sacramenta puerum*. C. Si adversus vendit. ubi contractus, Minorum favore nulli, confirmantur juramento, & ex cap. *Cum contingat*, de Jurejurando & c. 2. eod. tit. in 6. ubi alienatio fundi dotalis, mulierum favore nulla, firmatur juramento. Item; quia pacto privatorum potest juri privato, non autem publico derogari, c. *Si diligenti*,

469. Probatio hujus doctrinæ ex ratione.

Sanchez.

genti, de Foro compet. & l. *Furis gentium*, §. *Si paciscar*, ff. de Pactis Hæc ille.

470. Quando contractus principaliter prohibentur ob bonum publicum. Prima explicatio ex Covarruvia.

A quo si quæras; quando contractus principaliter prohibeatur ob bonum publicum & secundariò ob privatum? Id explicat l. ex Covar. de Pactis, 2. part. §. 1. n. 6. sic: Quàmvis omnis lex primò & principaliter intendat bonum commune; quando disponit de rebus privatorum, quia utilitas immediatè defertur privatis, dicitur quoad executionem esse principaliter ob utilitatem privatam: ut dum disponit de Minorum contractibus, sine Curatorum auctoritate non celebrandis; quando autem disponit de rebus publicis, quia utilitas immediatè refertur toti Reipublicæ, dicitur principaliter intentione & executione dirigi ad bonum commune: ut dum disponit, ne equi, aut arma, aut pecuniæ regno extrahantur.

471. Secunda explicatio ex Minchaca.

Explicat 2. ex Minchaca de Success. creat. lib. 3. §. 28. n. 24. ut tunc dicatur lex primariò & principaliter dirigi in executione ad privatam utilitatem, quando ex ejus transgressione bonum commune immediatè non læditur: ut ex alienatione fundi dotalis; non enim magis Reip. interest, ut perveniat ad virum, quàm ad alium ex civibus: simile est de legibus, ne Minor contrahat absque Curatore, ne vir conveniatur ultra quàm facere potest: quia in utroque casu quod Minor amittit, vel à viro exigitur, apud aliquem ex civibus ejusdem Reip. permanet. Secùs autem est de legibus, ne pecuniæ aut equi de regno extrahantur, immediatè enim regnum ipsum læditur, manens pauper & indefensus. In dubio autem quoties lex disponit de commo pecuniario, videtur principaliter favorem privatum respicere, & secundariò publicum. Ita Sanchez sup. n. 11.

Sanchez.

Vide eundem Auctorem in Summa lib. 3. c. 9. ubi n. 31. eandem tradit differentiam; & n. 34. docet: Quoties lex civilis ordinatur immediatè ad bonum commune tuendum, obligare ad culpam; & idèd juramentum de actu illo ita prohibito non obligare, tanquam rei malæ. Probat; quia pacisci in præjudicium boni communis est renuntiare juri alieno, & in præjudicium illius agere. At nemo potest juri alieno, sed soli proprio renuntiare.

472. Prima Regula ex Sanchezio.

Deinde n. 35. hanc proponit Regulam: Quando lex civilis ordinatur immediatè in bonum privatorum, & ipsorum favorem, non obligat ad culpam, sive prohibitio ejus dirigatur in actum, sive in personam, & idèd juramentum de re illa prohibita, præstirum homini in ejus utilitatem, obligat. Probat: quia hujusmodi lex solum favet privato, nec cogit eum, non renuntiare suo favori, quando absque præjudicio alicujus tertii id facere potest; & saltem, quando juramentum

adhibet. Item; quia cum principaliter in favorem illius personæ sit, non intendit ipsi laqueum injicere, ex transgressione obligando ad culpam; sed potius ipsi privilegium concedere, irritum illum actum. Ne quòd statutum est in ejus favorem, tendat in detrimentum spirituale ipsius, contra Reg. Quod gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, de Reg. Juris in 6. l. Quod favore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum, melius inventum videri. C. de LL.

Denique n. 38. aliam statuit Regulam puram: Juramentum vergens in præjudicium tertii, nequaquam obligat. Constat ex Reg. Quàmvis pactum, de Pactis, in 6. Et ex Reg. Cum contingat, de Jurejur. Verba videlicet perius. Ratio est: quia nequit juramentum detrimentum inferre, & sic juramentum hoc ad rem injustam obligaret, adeò quod obligatum vergeret in eternæ salutis præjudicium. Nam, ut notat idem Auctor, hoc præjudicium debet esse involvens temporariam, aut saltem culpam contra aliquam naturalem obligationem.

Sed contra hoc videtur tunc: quod dicta jura: Quàmvis pactum, & Cum contingat, distinguant inter dispendium salutis æternæ, & præjudicium alterius; ut patet ex verbis: Cum non vergat in eternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum. Si id quod redundat in alterius detrimentum semper etiam vergat in eternæ salutis dispendium, ergo planè sufficere dicitur non vergat in eternæ salutis dispendium, quando jus addit: Nec redundet in alterius detrimentum. Tacitè innuere, quòd tamen non vergat in eternæ salutis dispendium, equè non obliget, si redundet in alterius detrimentum. Tu Lector cogita, quid sit respondendum.

Hoc tantum ego adscribo ex Legum Just. disp. 22. sect. 8. n. 188. In hac parte quoad praxim conscientiæ omnia sunt probabilia propter innumeras & diversas sententias, in quas gravissimi DD. Theologi, quàm Jurisperiti divisi sunt. Si placet illos Theologos & Jurisperitos, quando sedulè fundamenta eorum discutis, prudenter judicà de rei veritate, aut veritate, vel probabilitate. Ego hæc non temerè morari; quia quidquid dicitur de his contractibus, satis convenit inter Theologos & Jurisperitos, Matrimonium gratia mortis non validè contractum, non firmari juramento eodem metu extorto, ita ut tales contractus possint sine peccato, metu nondum cessante petere & reddere debitum, quod tamen deberent posse facere, si reverà per illud juramentum Matrimonium aliàs in validum contractum crederetur validum.

Ex quo etiam deduco: istud juramentum

13
Sacramentum
Matrimonii

nulla indigere relaxatione. Vel enim adhibi-
tum fuit per verba de presenti, v. g. *Duco
te in uxorem, & juro me ducere*; & tunc est
juramentum afortorium, quod statim est ve-
rum vel falsum, in quo non habet locum
relaxatio seu dispensatio; quia, ut ait Doctor
Angel. 2. 2. q. 89. a. 9. ad 1. *Talis dispensatio
directe esset contra præceptum divinum.* Vel ad-
hibitum fuit per verba de futuro; v. g. *Duco
te in uxorem, & juro me non contraveni-
turo huic Matrimonio coacto*; sed neque hoc indi-
git relaxatione, quia est contra bonos mores
naturales; nam obligaret ad copulam, quæ
est peccatum contra legem naturalem. Vel
denique adhibitum fuit per verba de futuro,
hoc modo: *Duco te in uxorem, & juro de non
contraveniendo, sed de ratihabendo illo Matri-
monio novo consensu libero*, & tunc perinde
est, ac si juraret, se denuò contracturum
Matrimonium; adeoque eadem est ratio hu-
jus Matrimonii atque sponsalium, quæ an
valida sint gravi metu jurata, infra latius
examinabimus.

Interim putant aliqui, quando primo mó-
do juratur per verba de presenti, tamen illud
Matrimonium non sit validum in ratio-
ne Matrimonii, valere tamen quantum va-
lere potest, scilicet in ratione sponsalium;
sicuti alibi diximus de Matrimonio impu-
berum, quod licet valere nequeat, ut Matri-
monium, decernitur tamen valere, ut spon-
salia, c. un. de Despons. impub. in 6. Et verò
juramento hæc jure inest virtus, ut si eo ad-
jecto, non possit valere actus eo modo, quo
fit, valeat meliori modo, quo valere potest.

Verum enimvero neque sic valere illud
Matrimonium, probatur; quia jus resistit
tali contractui, irritavitque juramentum c.
2. de Eo qui duxit &c. ubi eum, qui contra-
cto Matrimonio & jurato cum una ob mor-
tis metum, aliam duxit, definitur cum se-
cunda validè contraxisse, & liberè permit-
tendum cum ea permanere: *Significavit nobis
O. Andegavensis.* Et infra: *Mandamus, qua-
tenus si confiteris, quod eidem O. tanta vis illa
fuerit, quod non spontè in primam confesseris,
nec post præstitum juramentum ipsam carnali-
ter cognoveris, propter hoc non dimittas, quin
ad aliam, quam postea in uxorem accepit, rever-
tendi liberam tribuas facultatem.*

Confirmatur: si Ecclesia sentiret, velletque
ejusmodi juramentum obligare, etiam ran-
tium per modum sponsalium; adjungeret,
pro fractione juramenti imponendam esse
aliquam poenitentiam: sicuti fecit c. *Sicut*,
de Sponsal. ubi definit textus, priora spon-
salia juramento stabilita, dirimi per Matrimo-
nium, imposita tamen poenitentia compe-
tenti ei, qui juraverat. *Postulationi tuæ taliter
respondemus, quod si tibi confiteris, quod idem
L. P. per verba de futuro, E. verò de sponsave-*

*rit per verba de presenti, imposita ei poenitentia
competenti, quia primam fidem irritam fecit....
Matrimonium secundo loco contractum legitimum
judices.*

Et expressè de juramenti metu extortis C. 15. de
ait Pontifex c. *Verum*, de Jurejurando: *Cæ-
terum ut agatur consiliis, & auferatur mate-
ria dejerandi, non eis ita expressè dicatur, ut ju-
ramenta non servant: quòd si non ea attenderint,
non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine
punienda.* Imponenda est ergo aliqua poeni-
tentia, quam vis mitior; quia, ut notat Glossi-
ibi verbo: *Non servant: Metus culpam at-
tenuat; si juramentum non servant.* Cum ergo
in nostro casu nulla imponatur poenitentia
fractori prioris juramenti; sed decernatur,
liberè permanfurum in posteriori Matrimo-
nio, signum est, Ecclesiam velle & sentire,
illud juramentum minimè obligare, neque
in ratione Matrimonii, neque in ratione
sponsalium.

Sed ad hoc responderi potest ex Coninck
de Sacram. disp. 28. n. 47. Pontifices non de-
bent quævis quovis loco dicere, quando nul-
lo modo de iis interrogantur. Patet ex c. *Mu-
lieri*, de Jurejurando, ubi dicitur, Episcopum
non debere prohibere, quin mulier, quæ ju-
raverat, se cum aliquo de presenti contra-
xisset, & in probatione defecerat, alteri nu-
bat, nullà factà mentione poenitentia, cum
tamen & ex textu, & per se pateat, talem
alteri nubendo significare, se priori non nup-
sisse, & consequenter se pejerasse. Item, cap.
ult. de Sponsal. dicitur: *juvenem, qui, de-
serta priori sponsa, contra datam fidem cum
secunda contraxerat, debere cum hac mane-
re, nullà factà mentione poenitentia, quem
tamen certò constat peccasse.* Hæc ille. Igitur
hæc probatio non videtur convincere
intentum.

Quocirca additur secunda probatio; quia
juramentum sequitur naturam & conditio-
nes contractus cui accedit; jam autem tam
Matrimonium, quam sponsalia, ut obligent,
requirunt liberum consensum; ut de Matrimo-
nio constat, cap. *Cum locum*, de Sponsal.
& aliis juribus, suo loco productis; atque de
sponsalibus dicam in fine hujus Sectionis.
Ergo cum hic deficiat liber consensus, sicuti
non valet, neque ullam inducit obligatio-
nem hujusmodi Matrimonium; ita nec jura-
mentum ei appositum ullam inducit obliga-
tionem, sive in ratione Matrimonii, sive in
ratione sponsalium.

Eodem modo, quo Matrimonium clan-
destinum etiam juratum, nec obligat ut Ma-
trimonium, nec ut sponsalia, ut suo loco
videbimus, eò quòd jus tali contractui resi-
stat; ergo cum similiter resistat Matrimo-
nio, per metum extorto, idem dicendum est. Por-
rò contractui impuberum non resistit jus,
omni-

C. 15. de
Jurejur.

08.2

478.

Contra ar-
guitur ex
Coninck.

C. 34. de
Jurejur.

C. ult. de
Sponsal.

479.

Secunda
probatio.

in fa-
dit ipi
dignu
legum
e quod
in dicit
dignu
in 6. d.
Tho.

476.

477.

na. de
sponsal.

omnino illum irritans; sed expressè decernit, eum valere ut sponsalia. Afferatur etiam aliquis textus, in quo statuitur Matrimonium metu extortum valere ut sponsalia, & veritas se ipsa erit manifesta. Tunc igitur iuramentum habet vim efficiendi contractum validum meliori modo, quo potest valere; quando jus non resistit contractui, siue quando aliquo modo potest valere. Jam autem Matrimonium coactum neque ut sponsalia potest valere; quia metus utrumque contractum, juxta plurimorum sententiam, irritat.

480.
Iuramentum solvendi usuras non confirmat contractum.

Quantum ad iuramentum solvendi usuras, nec istud confirmat contractum, qui jure naturæ invalidus est; obligat tamen ad solutionem usuræ; quia illa solutio non est contra bonos mores naturales, & res soluta statim potest repeti, neque ulli jus resistit hujusmodi solutioni, quamvis concedat actionem repetendi, quod solutum fuerit. At verò in nostro casu, quamvis etiam non sit contra bonos mores naturales contrahere Matrimonium; equidem jus resistit illi Matrimonio, & non contravenire illi Matrimonio est contra bonos mores naturales, ut supra ostensum fuit.

Denique deficit hæc aliqua conditio, quæ subintelligitur in ipso contractu, & per consequens, etiam in iuramento apposito: sicut dum quis juravit sponsalia, si sponsa postmodum fornicetur, non obligant sponsalia; neque iuramentum appositum, quamvis id posset servari absque peccato; quia à principio subintellecta fuit illa conditio, nisi fuerit fornicata, ut patet ex alibi dictis, & est clarè decisum in jure, cap. *Quemadmodum*, de Jurejurando; ergo similiter in casu nostro non obligat iuramentum; quia habuit tacitam illam conditionem, si consensus liber & spontaneus sit. At verò in iuramento usurarium, nulla similis conditio subintelligitur.

Accedit: quòd impletio iuramenti in nostro casu, si ita intelligatur, ut libero consensu debeat contrahere, involvat damnum, aut irreparabile, aut difficillimè reparabile; quoniam impletio illius est, contrahere validum Matrimonium, quod ex se est vinculum indissolubile, & multò majoris momenti, quàm dare pecunias usurario, quas traditas, continuò potest repetere.

481.
Occurritur objectioni. Dicastillo.

Nec refert; si dicas, posse petere relaxationem iuramenti; id enim (inquit Dicastillo disp. 4. n. 137.) per accidens omnino est, comparatione obligationis; neque enim idèò dicendum est, iuramentum prædictum habere vim obligandi, quia potest relaxari. Unde, supposito quòd impletio ipsius inducat damnum irreparabile, propter Matrimonii indissolubilitatem, simul etiam apparet esse contra bonum commune Reip. cui maxime nocent Matrimonia coacta, ut ex se

patet, propter infelices exitus, quos solent habere talia Matrimonia. Ideò sicut ex contractibus vergentes in damnum boni communis non valent, etiam superveniat iuramentum, eo ipso quòd propter bonum commune irritantur, quando in ejusmodi damnum vergit eorum impletio, ita ut iuramentum per se obliget, idem ob eandem rationem in hoc contractu videtur dictandum, & hoc est, quod vult Sanchez DD. ab ipso rejati. Hæc ille. De copulationum redibit sermo, ubi de sponsalibus iuratis.

Impræsentiarum quero; an subterfugiat Matrimonium non confirmetur, sed si idem efficiatur, per copulam subterfugiat. Responso erit

CONCLUSIO X.
Matrimonium invalidè contractum propter metum, non citur validum per copulam, eodem metu subsecutam.

Loquor de copula, habita effectum tali; nam si affectu fornicationis manifestum est, siue sit habitus ex metu, si spontaneè, cessante metu, Matrimonium præteritum nullas prorsus vires recipere manere invalidum, sicut prius erit Matrimonium à principio invalidum. Et interni consensus per similitudinem non convalescit; quippe talis copula signum consensus conjugalitatis, non requiritur, ut possit prius Matrimonium ratificare; siquidem debet supponere prioris consensus, qui absque illius esse conjugalitatis, jam autem animus omnino repugnat affectui conjugalitatis, ergo indubitatum est.

Uti etiam, per copulam, spontaneè tam animo conjugalitatis, prius Matrimonium ratificari, eo modo, quo ostendimus. Conclus. 5. per talem copulam, si ratum sint, posse primò Matrimonium contractum tantum per copulam, sed etiam per copulam nam cohabitationem, & alia signa, de quibus egimus loco mox citato; quæ non ita validetur prius Matrimonium, quam non contrahatur, maxime post. Talem enim, ubi illud receptum est, si peribit testibus impedimentum metus era regnum; nam ibi oportet utrumque contractum liberum de novo exprimere coram iudice, & testibus. Quid autem faciendum si peribit impedimentum erat ipsis inconcivum commodius alio loco dicitur.

Et sanè de diutina cohabitatione habet expressum textum in jure Canonico, cap.

Ad id, de Sponsalib. ubi sic lego: Ad id, quod per tuas literas intrinsece, de quadam parochiana tua, quam tuus viricus cuiusdam Teutonico matrimonialiter copularit; Taliter respondemus, quod quamvis undecim annos habens ab initio in vita fuisset et tradita et renitens: tamen quia postmodum per annum et dimidium sibi cohabitans, consensisse videtur, ad ipsam esse cogenda redire.

Notant autem Doctores; non esse necessariam habitationem anni & dimidii, quam hic textus exigere videtur; narrat enim facti contingentiam, dum ejus temporis habitationem ponderat. Unde dicunt, prudentis arbitrio definiendum esse hoc tempus, qui considerabit fugiendi opportunitatem, habitationisque moram; quia cum tempus lege non prescribatur, iudicis arbitrio definiendum relinquatur, cap. De causis, de Offic. deleg. ibi: Si tale fuerit negotium, quod certa exinde pena in Canonibus exprimitur, eandem infligas: alioquin ipsos pro delicti qualitate, & causa, secundum tuum arbitrium punire procures. Et l. i. ff. de Jure deliber. ibi: Cum dicit tempus, nec adicit diem, sine dubio ostendit, esse in jus dicentis potestatem, quem diem praestituar.

Porro hoc intelligitur (inquit Sanchez supra disputat, 18. num. 6. cum Aliis, quos citat) quando sumus in dubio, an potuerit fugere; nam quando constat de spontanea cohabitatione, quia data opportunitate illic & incontinenti non fugit, factis est momentanea cohabitatio. Hoc tamen prudenter accipiendum est; & moraliter modo, non enim est necessarium (ut ibidem dicit Sanchez & Alii, ab ipso citati) ne cohabitans censetur spontaneus, ut statim mathematico modo fugam arripit, sed arbitrio prudentis, ut probat l. 105. ff. de Solut. Quod dicimus in eo herede, qui fideiussori restatoris id, quod ante aditam hereditatem solvitur est, debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est; nec enim cum sacco adire debet.

Hac autem exiguntur quoad praesumptionem in foro externo accipiendam. Nam in foro conscientiae nulla temporis habitatio, postquam metuendi causa cessavit, ratificabit Matrimonium, si non adfuit animus illud ratificandi. Praesumetur autem in foro exteriori ratificasse ex dicta habitatione.

Rogat aliquis; ecquod signum spontaneae copulae aut cohabitationis? Respondeo; oportet, ut omnino cessaverit timoris causa, & nullum aliud prorsus sit impedimentum reclamandi; nullaque alia

possit esse causa istius actus exterioris, quam approbatio contractus, per metum celebrati. Siquidem durante causa metus, durat metus. Durat autem metus causa, dum durat subjectio timorem incipientis; ut si iudex metum inferat, dum durat officium; si tyrannus, dum durat tyrannis; si vir dum durat Matrimonium. Sic Gloss. cap. de His quae vi, verbo: Postmodum, ibi: Et sic postmodum, id est, post mortem viri: & ita planum est, quia vivente viro metus mortis durare intelligitur: quod ex eo colligitur, quia ante mortem mariti non fuit causa exire.

Deinde; sicuti communi calculo DD. non censetur ratificare suam Professionem invalidam, qui etiam post quinquennium non reclamat, si non possit reclamare, quia ignorat invaliditatem, vel non potest commode, propter quaedam impedimenta; pari certe ratione non censetur ratificare Matrimonium, alioquin invalidum, eo quod non reclamet, quando non potest reclamare; quia ignorat invaliditatem, aut certe propter quaedam impedimenta, non potest commode reclamare.

Denique, ex cap. Debitores, de Jurajurando, jurans solvere usuras, potest, facta solutione eas repetere, quasi non sponte solverit; quia videlicet conjectura est; quod solverit metu perjurii incurrendi. Hinc inferitur (inquit Sanchez supra num. 10.) minus bene Gloss. cap. Ad audientiam, verb. Ad resignationem, de His quae vi, dixisse, purgari metum, quoties aliquis sponte solvit, quod juramento per metum promiserat. Dicendum enim est, non purgari; cum enim subsit conjectura solutionis, metu perjurii incurrendi, factae, non praesumitur spontanea solutio. Hac ille.

Quaeris a me, quid ergo requiratur, ut praesumatur tali casu spontanea solutio? Respondeo: quod obtemperata dispensatione five relaxatione juramenti, in solutione non intercesserit alius metus: Et forte sic posset intelligi dicta Glossa, quae sic sonat: Nota, quod licet metus intervenisset in praestatione juramenti vel alicujus promissionis, si postmodum in resignatione vel solutione non intercesserit metus, quia sponte (id est, sublata causa metus, & relaxato jam juramento) postea renuntiavit vel solvit, non potest repetere; proxima enim violentiae turpitudinis causa sublata est. C. eod. l. 2. ff. de Condi. ob tur. cau. Si ob turpem causam, & supra eod. Perlatum, in fin.

Itaque oportet constare ex sufficientibus indicibus seu signis, quod illa cohabitatio vel copula fuerit omnino libera, aliis

486.

Jurans solvere usuras, potest facta solutione eas repetere.

487.

Quid requiratur, ut censetur spontanea solutio.

præsumitur eodem metu extorta, quæ non efficit validum prius Matrimonium, ut docet hæc Conclusio, quam tenet Sanchez supra num. 15. tanquam probabilior, citans pro ea quàm plurimos DD. tam Theologos, quàm Jurisperitos.

488.
Probatur
Conclus.

Probatur autem; quia illa copula non ratificat, nisi ex eo, quod significet consensum conjugalem liberum jam & spontaneum; atque copula eodem metu extorta, non significat actum conjugalem omnino liberum & spontaneum; ergo &c. Probatur Minor; quia nulla est ratio, quare illa copula magis significet talem consensum, quàm signum externum, quo primò ex metu Matrimonium fuit contractum.

Prima ratio
oppositæ sen-
tentie.

Imò, inquis, ratio aliqua est; quia Matrimonium non irritatur, nisi metus cadat in constantem virum; sed metus, quo quis compellitur consummare prædictum Matrimonium, non potest esse cadens in virum constantem, nisi copula affectu maritali habeatur; cogeret enim ad peccatum mortale, quod repugnat constantiæ, cum accedat ad non suam. Ergo habetur copula animo maritali, & sic erit Matrimonium.

489.
Secunda ra-
tio.

Alia ratio est: quia Ecclesia præsumebat olim, dum quis post sponsalia accedebat ad sponsam, animum maritalem & consensum legitimum ad perficiendum verum Matrimonium, ut vitaret peccati mortalis præsumptionem; sed idem fornicationis peccatum resultat, si metu contrahens & consummans Matrimonium, non accedat animo maritali, & verum perficiat Matrimonium; ergo Ecclesia id præsumet, & consequenter, si ita res se habeat, ut verè accedat animo maritali, legitimum erit Matrimonium; aliàs Ecclesia malè pro Matrimonio præsumeret.

Tertia.

Tertia ratio addi potest: Quia lex Ecclesiæ, irritans Matrimonia coacta, est in metum passi favorem; sed illi noceret, si Matrimonium non confurgeret ex consummatione coacta; constringitur enim, aut pati corporis mortem non consummando, aut consummando admittere peccatum lethale: ergo dicendum est in hoc casu valere Matrimonium: *Quod enim ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.* Reg. 61. de Regul. juris in 6. Et confirmatur: quilibet potest juri suo cedere; ergo metum passus juri suo cedens, poterit velle Matrimonium perficere, ut mortem culpamque lethalem evadat.

490.

Hæc sunt præcipua fundamenta oppo-

fitæ sententiæ, præter multa jura positiva, puta cap. 2. de eo qui duxit, ibi: Si con-
senseris, quod tanta vis eidem illata fuerit,
quod non spontè in primam consenserit, nec
præstitum juramentum ipsam carnaliter
noverit. Ubi Gloss. verb. Cognoverit; ibi:
Quod si fecerit, antequam contraheret cum
cuncta, consensisse videtur.

Deinde cap. Insuper, 4. Qui Matrimo-
nium, post in fine, ibi: Sic postquam legitimum
tempore accedente, semel etiam copula carnali
li consenserit &c. Ubi Gloss. verb. Copula
carnali, inquit: Ex quo enim copula carnali
consensit, omnis violentia sublata intelligitur
& Matrimonium tenet.

Tertium jus, cap. Consultationi, de
de Sponsal. ibi: Mox à Sponsis conjugibus
ante carnis copulam subsecutur. Ubi Gloss.
verb. Ante carnis copulam: Secus, conjugibus
si post, quia tunc consensisse videtur, ut
quod postea in contrarium reclamant non
dianitur.

Denique adducitur cap. Ex litteris, de
de Despons. impub. ibi: Nec ad carnalem
carnaliter accessum habuerit. Ubi Gloss. verb.
Carnaliter, ait: Quod si fecerit, sicut præ-
sumeretur consensisse. Igitur & hæc senten-
tia satis probabilis est, teste Sanchez supra
num. 13. in fine, & à Multis, quæ ibi
tat, docetur.

Interim Sanchez num. 18. pro
nostra opinione responderet, cum
los textus intelligendos esse de
spontanea.

Sed unde hoc probatur, cum illis
tancitatis (ut sic loquar) manifeste
tio in istis textibus? Respondetur, suffi-
cienter probari ex ratione, supra præ-
stra opinione adducta, videlicet quia
pula metu extorta, non est signum
sensus matrimonialis.

Nam quod dicunt Adversarii hanc
lem metum non cadere in constantem
rum, negat Sanchez supra, dicens: pro
ad hunc effectum (scilicet irritandi Ma-
trimonium) solum attendit jus, non
lum comminatum, ita grave sit, ut
tollat spontaneam voluntatem in vici-
stanti, illumque pavere merito faciat. Et
secundò responderetur; estò dicamus, non
esse metum cadentem in virum constan-
tem, nisi ipse eligat Matrimonium, & ac-
cedat affectu conjugali; at etiam dicitur
hâc electione, & accessu, non esse Ma-
trimonium; quia prior metus, quo con-
tractum est Matrimonium, qui erit ce-
dens in virum constantem, adhuc dicitur
inimò est auctus. Hæc ille.

Itaque secundum Sanchez, potest quis
inconstanter agere ex metu, cadente in
rum

rum constantem. Quod etiam docet Coninck de Sacram. disp. 28. num. 28. ibi: Sequitur quarto: aliud esse, aliquem inconstantem in aliqua re agere, aliud verò id agere ex metu, non cadente in virum constantem; quia, qui, ne vivus comburatur, fidem negat, inconstantem agit: quis tamen neget, timorem illius horrendæ pœnæ cadere in virum constantem, cum videamus Christum similis supplicii metu concussus fuisse, licet eum constantissimè superavit?

Sequitur quintò: eum metum, quoad contractus irritandos, posse dici cadere in virum constantem, qui sufficit, ut talem impellat, ut vel in re magni momenti aliquid in vitus faciat (hic enim metus debet centeri gravis, cum ille non possit ceteri ob levem rem moveri) aut quem ille cum difficultate superat, quando hoc opus est, ut majus malum evitet. Hactenus Coninck. Quis autem prudenter dubitare potest, an ille, cui incutitur metus mortis ad extorquendam copulam, cum difficultate eum superet, si malit potius mori, quam copulari?

Denique (ut bene notavit Sanchez supra num. 15.) si consummatio Matrimonii metu extorta, facit valere Matrimonium jam initum, & sine culpa consummantis; ergo metus tunc cadit in virum constantem, cum prudenter eligat copulam mortis timore, & Matrimonium perficere, ne fornicetur. Si ergo timor ille est viri constantis, irritabit Matrimonium.

Ex his patet, quid respondendum sit ad secundam rationem Adversariorum; videlicet, Ecclesiam non presumere consensum matrimoniale, quamdiu permanet metus: quia cum, eo permanente, non sit Matrimonium, minimè vitatur præsumptio fornicationis, quæ olim vitabatur, quando post sponsalia copula erat spontanea.

Ad tertiam rationem Adversariorum, Respondet Sanchez supra num. 18. Eam legem non solum respicere utilitatem personæ particularis contrahentis, sed potissimum totius Reip. cujus maximè interest, ut Matrimonia sint libera; ne ex Matrimonio coacto dissensiones oriantur: quare non mirum, si aliquando in damnum privati contrahentis redundet. Undè Regula illa: *Quod ob gratiam &c.* intelligi debet, quando ob bonum privatum aliquid conceditur. Et per hoc patet ad confirmationem; potest enim quilibet cedere jure in favorem suum introducto; secus quando est in favorem boni communis. Hæc ille.

Patet in Clerico, qui non potest renuntiare privilegio clericali; sed etiam cum suo damno tenetur se sistere judici Ecclesiastico, eò quòd istud privilegium datum sit

in favorem publicum; non autem in gratiam hujus particularis personæ, ut habetur cap. *Si diligenti*, 12. de Foro competentis, Conclusione præcedenti allegato.

Et sanè si valerent Matrimonia consummata per copulam coactam, valdè malè proficuum esset libertati Matrimonii, & per consequens communi bono Reip. nec Ecclesia, aut potius Deus, qui instituit Matrimonium liberum, adhibuisset sufficiens remedium istis coactionibus; nam compellenti ad Matrimonium, facillimum esset, etiam ad consummationem cogere; & nata sunt sequi eadem inconvenientia ex Matrimonio metu inito & metu consummato, quæ ex eodem non consummato.

Eademque ratio militat in utroque Matrimonio, scilicet: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi consensus cujusdam requiritur, coactionis materia repellatur: Matrimonium autem solo consensu contrahitur; & ubi de ipso quaeritur, plenè debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de invisitis solet nuptiis provenire.* Ita Alexander III. cap. 14. de Sponsalibus.

Quid autem refert, si ve per timorem verbis dicat, sibi placere, quod odit, si ve copula aut alio signo reali? Ergo ficti non valet Matrimonium, quando per timorem verbis dicit, sibi placere quod odit; ita etiam non valet Matrimonium, quando id dicit copula aut alio signo reali, puta, cohabitatione &c. non enim per illam copulam aufertur, aut minuitur metus, sed potius augetur, cum metui, illato ad contrahendum, addatur novus ad consummandum.

Deus ergo vel Ecclesia, qui vel quæ irritavit, inhabilitando personas, Matrimonium contractum ex uno simplici metu, non etiam irritaverit Matrimonium, contractum quasi ex duplici metu? Planè irritavit.

Et hinc rarissimum est, quòd aliquis metu cogatur ad consummandum tale Matrimonium; cum probè sciant cogentes, Matrimonium, equidem non subsistere. Sin autem quandoque talis coactio contingat, tunc coactus potius debet mori, quam Matrimonium consummare; nisi malit sequi oppositam sententiam, quæ etiam probabilis est; aut certè ex alio motivo liberè contrahat, v. g. propter pulchritudinem vel divitias, aut aliud motivum extrinsecum vel intrinsecum Matrimonii.

Sæpè quippe contingit, ut homo, malis quibusdam afflictus & metu perterritus ali-

495. Probatur Concl. ab inconveniènti.

C. 14. de Sponsal.

496. Confirmatur.

497. An qui cogitur metu ad consummandum Matr. invalidè contrahat ex metu, potius debeat mori.

qua consideret, quæ aliàs non considerasset, quæque iuste possunt ipsum movere ad aliquem actum faciendum, v. g. suscipiendum Baptismum, Pœnitentiam, aut aliud Sacramentum, quem actum aliàs non fecisset; ergo etiam, ut inest Matrimonium; ita ut metus solum sit occasio remota, non autem causa proxima illius contractûs; ut proinde tunc non tollat perfectam libertatem, ex jure Divino & humano requisitam; & per consequens, Matrimonium tunc subsistet, etiam durante metu ex parte cogentis, quando jam non movetur ex metu, quàmvis cogens id putet, sed liberè ex alia iusta causa.

498.
Negat Aver-
sa, existi-
mans eum
cedere posse
juri suo.

Sed audiamus quid de hac controversia sentiat Aversa de Matr. q. 4. sect. 6. Et quidem, inquit, satis durum apparet dicere, eum, cui metus incutitur, ad consummandum Matrimonium, metu contractum, constitui in tali discrimine, ut vel corporis, vel animæ mortem subire debeat; ut vel magnum damnum pati, vel mortale crimen committere debeat; nec possit sibi consulere, si velit, determinando verum & validum perficere Matrimonium, & sic evadere utrumque periculum & damnum.

Durum est dicere, decretum Ecclesiæ, quod utique latum est in favorem, gratiam & utilitatem ejus, cui metus incutitur, asserere illi potius tale detrimentum, ut eum neci vel peccato subjiciat, & non possit iis se subtrahere, volendo efficaciter perficere, ac re ipsa perficiendo validum Matrimonium, quod alioquin ex natura rei poterat. Cùm tamen Regula juris sit c. 61. de Reg. juris in 6. *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.* Et si dicatur, decretum illud Ecclesiæ fuisse latum ob utilitatem potius publicam, ne adhibeatur vis ad contrahenda Matrimonia, pariter dicetur, concernere utilitatem publicam, ne homines in illo discrimine & periculo implicentur.

Itaque vel is, cui per metum vis infertur ad contrahendum, & consummandum Matrimonium, putabat Matrimonium sic contractum valere, ac proinde licitum sibi esse id consummare: & in hoc casu verè non validatur Matrimonium per talem copulam, ut constat ex antedictis. Excusaturque talis à peccato, dum bonâ fide exercet copulam, putans suum Matrimonium esse validum. Vel scit Matrimonium metu contractum esse irritum, juxta dispositionem Ecclesiæ; & sic videtur posse cedere suo juri & favori, irritanti tale Matrimonium, & intendere adhuc validè contrahere, atque ita per hunc novum consensum convalidare Matrimonium, & consequenter licitè habere copulam.

Nec enim ita se habet decretum irritans Matrimonium metu contractum, sicut aliud irritans clam contractum, cui sanè nullatenus cedere potest, ubi promulgatum est vigenti Concilii. Hoc enim immediatè latum est intuitu ipsius Matrimonii, & intuitu Ecclesiæ, ut ei constare possit de omni Matrimonio. At illud latum fuit immediatè intuitu & favore personarum, ne metu cogentur ad contrahendum, licet mediatè & consequenter id redundet in publicam utilitatem, ne Matrimonia coacta contingant. Quare benè stare potest, ut quis contentus sit cedere huic favori, & eo non obstantè, intendat adhuc validè contrahere.

Unde illi Auctores, qui admittunt, infirmitatem esse probabilem, dicunt, possit illum, qui metum pateretur, etiam in tali casu necessitatis, & sic licitè habere copulam. Sed hinc peterem ab eis, num postquam censerent, verè Matrimonium esse irritum. Si enim id non censeant, præbent bonam licentiam recedendi ab illo Matrimonio, novum aliud contrahendi: quare possunt illemet ab initio habere talem animum, exercendi pro tunc copulam, modo illa opinione; ac deinde non permanendi in illo conjugio, sed aliud ineundi. Quod certe non esset admittendum. Si autem censeant, illud primum Matrimonium manere per se copulam validatum: ergo censere debent opinionem non solum probabilem, sed veram: nec enim per solam opinionem reddi poterat validum, si revera non esset validum: verè ergo validatur Matrimonium per eam copulam, animo recedendi ab illa.

Ubi consequenter addendum est, quod solum quando quis metu cogitur ad contrahendum, sed etiam ab initio, quando cogitur ad contractum, posse habere talem animum, intentionem cedendi suo juri & favori, non obstantè, validè contrahendi, & ex hoc valebit Matrimonium. Idque à fortiori constat: nam certè vis & metus non pertingunt ad cogendum illum, ut habeat talem animum in sua mente, sed suâ sponte & libertate illum haberet. Quod si ei vis inferretur, etiam diceret, se cedere juri suo, & intentionem validè contrahere, tunc non validetur Matrimonium per hujusmodi verba, sed metu extorta: nisi is adhuc alio actu rectè in mente intendat, non obstantè tali vi, validè contrahere, quod semper in sua spontanea voluntate manebit. Hucusque Aversa.

Verùm tota hæc doctrina per seipsum contrahitur, si cum Scoto dicamus: Matrimonium gravi metu extortum, non tantum jure Ecclesiastico, sed etiam Divino naturali esse irritum; ita ut coactus, ex natura rei, id esse irritum.

Institutione Matrimonii, non possit validum Matrimonium contrahere ex metu, tamen si velit, eò quòd Matrimonium ex sui institutione requirat consensum perfectè liberum. Et hoc valde rationabiliter, ne alioquin passim contrahantur Matrimonia ex metu, cum infelici exitu, id est, cum perpetuà dissensione animorum, ubi tamen requiritur maxima consensus animorum, ad debite sustinenda onera Matrimonii. Enimvero, ut supra diximus, si homines scirent, per copulam coactam revalidari Matrimonium, tam facile cogenter ad copulam, quàm ad ipsum contractum, & sic haberent suum intentum; jam autem abstinent ab illa coactione, quia sciunt per eam non revalidari Matrimonium, adeoque minimè asssequi suum intentum.

Quàmvis ergo in raro casu posset cedere in bonum privatum contrahentis, quòd posset renuntiare suo favori; equidem generaliter, & per se loquendo, melius est, & bono communi, & bono privato, quòd nequeat renuntiare; sicut quàmvis hic & nunc posset expedire tam bono communi, quàm privato, quòd Pontifex dispenseret in Matrimonio consummato; equidem absolute in nullo casu potest dispensare, quia si in aliquo casu posset, facile homines fingerent sibi istum casum, & passim dissolverentur Matrimonia, non sine maximo incommodo tam privato, quàm communi.

Et consimiliter, licet ex Matrimonio, contracto sine Parocho, in casu particulari posset majus bonum commune sequi, quàm damnus; tamen lex illa etiam in illo casu obligat; quia licet ex illo particulari Matrimonio magnum bonum commune, & nullum damnus sequeretur; maximum tamen damnus commune sequeretur ex eo, quòd vel in hoc casu particulari posset Matrimonium sine Parocho validè fieri; quia fingerent sibi homines facile necessitatem, & sic multa Matrimonia manerent dubia & litigiosa.

Idem dico in presenti casu; si quilibet posset renuntiare illi favori, quando cogitur ad Matrimonium, quotidie fierent tales coactiones, & multa Matrimonia manerent dubia & litigiosa, cum de illa renuntiatione exterius non constet.

Et veluti nullum inconueniens est, quòd per legem irritantem Matrimonium clandestinum, aliquando homo constituatur in tali discrimine, ut vel corporis vel animæ mortem subire debeat; ut vel magnum damnus pati, vel mortale crimen committere debeat; ita etiam nullum inconueniens videri debet, quòd idem fiat per legem irritantem Matrimonium coactum; præsertim in sententia Scoti, quæ, ut statim dixi, existimat illud Matrimonium esse irritum jure Divino naturali, id est, jure Divino positivo, ab initio Angelis hominibusque inspirato, non in favorem hujus vel illius personæ particularis, sed ipsius statûs Matrimonialis, qui ut debite subsistat, requirit plenam securitatem, cui securitati, à Deo requisitæ, non potest privatus renuntiare. Nisi ergo ex alio motivo liberè velit consentire, vel debet mori, vel debet peccare.

Quinimo, cum etiam illud motivum sit, per se loquendo, intrinsecum, & per consequens Ecclesiæ non possit de eò constare, per se loquendo; non dubito, quin ipsa judicaret Matrimonium invalidum, quando alioquin sufficienter constaret de illato metu. Sed & credo, quòd in conscientia non valeret, ubi Matrimonium clandestinum non valet, cum nec Parochus, nec alii præsentis, possint testari de legitimo consensu, sed tantum de consensu ex metu, ut suppono. Nam si exterius coram Parocho & testibus diceret, se renuntiare suo favori, aut contrahere ex alio motivo, tunc tam in foro externo, quàm interno foret Matrimonium validum, saltem probabiliter. Quod sufficit, ut non posset iniire aliud Matrimonium, tamen, secundum aliam opinionem, prius Matrimonium non valeat; quia non licet variare sententiam probabilem, quam aliquis semel amplexus fuit, & juxta quam jam operatus est, quamdiu de ejus improbabilitate non constat, non licet, inquam, variare, quoties libera facultas variandi sententiam, resultat in præjudicium tertii, sicut hic indubie resultaret. Vide quæ de hac variatione diximus Disp. 4. Sect. 11. Conclusionem 5.

Sed nunquid quæ Matrimonii coacti, eadem est ratio sponsalium, ut & ipsa sint nulla, neque juramento confirmantur? Responso erit

CONCLUSIO XI.

Sponsalia gravi metu extorta, fortè ipso jure valida, non confirmantur juramento.

Nolo hic disputare, an gravis metus tribuat jus resiliendi à sponsalibus ei, qui metum passus fuit: nam posse resiliere, unanimitè omnes concedunt; maxime, quando altera pars metum incussit; immo et si inscià altera parte, à tertio fuisset incussus, ut patet ex dictis supra de Matrimonio.

De quo ergo hic disputatur? An ipso jure sint irrita, saltem jure positivo, si non naturali seu Divino, ita ut ex eis non oriatur impedimentum publicæ honestatis. Quamquam & aliqui existiment, ut alibi vidimus, etiam non oriri hoc impedimentum, tamen

504. Vbi constaret de metu, Ecclesia judicaret Matrimonium invalidum.

505. Gravis metus tribuit jus resiliendi à sponsalibus.



si ipso jure non essent irrita, sed solum irritabilia ad nutum partis lætæ. Quod tamen multò certius est, si ipso jure sint irrita.

506. Probabile est, quòd non sint ipso jure irrita. Et quidem sententia negans hanc irritationem, satis probabilis est, ut ait Sanchez lib. 4. disp. 19. n. 3. Vide Conclusionem 7. in qua contra Pontium ostendimus, promissionem gravi metu extortam, non esse jure naturæ irritam; eo semper salvo, ut metu coactus acceptaverit alterius promissionem, & seipsum voluerit obligare, sicut potuit velle, quamvis non voluisset, si metus abfuisset.

Neque valet argumentum à contractu Matrimonii, quem cum Scoto diximus jure naturæ invalidum; nam manifesta est disparitas, quòd sponsalia semel valida, ob multas causas possint à judice aut privato homine irritari; secus Matrimonium. Ac proinde licet ratio naturalis dicat, & Deus voluerit, ut Matrimonium non subsisteret propter inconvenientiam, quæ sequuntur ex Matrimonio coactio; equidem, cum alià viâ possit obviari inconvenientiis, quæ ex sponsalibus coactis possent resultare, neque ratio naturalis dicat, neque Deus voluit, ut ea à principio essent invalida, quamvis metus tribuat jus ea invalidandi. Et idè etiam jura Ecclesiastica, quæ decernunt, aut potius declarant invaliditatem Matrimonii coacti, nullatenus debent extendi ad sponsalia coacta, cum sit in ipsis diversissima ratio. Maxime, quia per hoc induceretur multorum jurium correctio, disponentium, contractus metu initos, irritandos esse; non autem irritòs ipso jure.

507. Quod probè intelligens Sanchius, qui oppositam tenet sententiam, eamque vocat probabiliorè supra, jus particulare adducit, per quod putat irritari hujusmodi sponsalia. Est autem cap. Ex litteris, de Despons. impub. sequentis tenoris: *Ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd puella quædam anno 12. jurata fuit & desponsata cuidam puero novem vel decem annorum: & tempore procedente, de voluntate parentum, potius quàm de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta: ubi nolens & invita minis parentum impulsâ, moram fecit per annum & amplius, & tandem inde recedens ad domum propriam est regressa. Et infra.*

Cum autem dictus puer nondum ad decimum quartum annum pervenerit, nec ad eandem carnaliter accessum habuerit: Discretioni tuæ saliter respondemus, quòd si puella commonita, ut donec compleat idem puer annum decimum quartum expectet, non duxerit expectandum, ei secundum ea, quæ propòsita sunt, accipiendi alium virum liberam tribuas facultatem. Ubi Glossa verb. Tribuas, inquit: *Arg. contra sup. De illis 1. & cap. A nobis. Sol. illud verum est, quando certum est, quòd sponsalia tenuerunt, hic non*

tenuerunt: & idè datur ei licentia cum alio contrahendi. Ber. Ex hoc ergo tenetur, inquit Sanchez sup. n. 2. constat sponsalia coacta esse invalida ipso jure.

Respondetur neg. Conseq. quia tenetur le loquitur de nolente & invita, ubi: *Ubi nolens & invita. Quid ergo mirum, si sponsalia ipsa non tenuerint? Quippe debeat esse substantialis consensus. Et hinc additur: De voluntate parentum potius, quàm de sua. Ubi Glossa verb. Potius, ait: *Electus & invitatus paratim, quasi dicat, ut inquit Hostiensis Non de sua voluntate. Et ead. Glossa in partitione casus: Nota, inquit, quòd sponsalia vim contracta non tenent, & idè datur licentia contrahendi.**

Sed quid ad hæc Sanchez? Per tenetur intelligendam conditionalem, id est: *si non metum, quod colligit ex his verbis: Minis parentum impulsâ. Nec obstantia ea verba: Nolens & invita; quia in tenetur appellatur vis, ut constat ex c. de electis in 6. ibi: *Si tamen juramentum non dolo præstito. Ubi juramentum non tenetur, appellatur vi præstitum, non enim præcisa potest juramentum non tenetur, sed fit vinculum, quod homo proprio volente sibi imponit.**

Esto, reponit quispiam, intelligitur cap. Ex litteris, de metu, & non de coacta; quid tum? Nunquid quis dicitur consentia contrahendi cum alio, si non ipso jure fuerant irrita? Nonne coactio est ex justa causa à sponsalibus, de quibus lidis, resiliere, licentiam habet contrahendi? Ubi, quæso, in illis sponsalia illa ipso jure fuisse irrita? Quidem Gloss. sponsalia hic non tenentur, sed hoc commodè intelligi potest, ut non nuerint firmiter; quia omni momento puellæ puberis cum impubere, quæ non sunt dissolvi ante pubertatem, ut patet dictis Sect. 2. Conclus. 1.

Contra, inquit; agitur ibi de sponsalia puellæ puberis cum impubere, quæ non sunt dissolvi ante pubertatem, ut patet dictis Sect. 2. Conclus. 1. Adde: quòd d. cap. Ex litteris, de puellam esse commonendam, ut patet ibi: *Quòd si puella commonita etc. dicitur autem illa commonitio, si sponsalia à principio ipso jure fuerant irrita? Immo non illud jus satis salvatur, & commonitio non tenetur, dicendo, quòd pars læta seu mensura, habeat jus resiliendi ab hujusmodi sponsalibus, etiam propria auctoritate, quæ non sufficiat alioquin constat de metu. Ubi: *Cum enim actionem habeat, ad petendam a judice rescissionem, poterit propria auctoritate, utendo ea exceptione, nolle ea contrahere. Cui enim competit actio, eidem competit exceptio, etiam in foro conscientie, & in foro judicis sententiam; arg. Reg. 71. de Reg. jur.**

B
Sacramentum
Matrimonii

juris in 6. Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus. Quæ de sumpta est ex l. Inventus, § 56. ff. eod. ibi: Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere, multo magis quis dixerit.

Rationem assignat Gloss. in d. Reg. 7. 1. verb. Qui ad agendum, dicens: Cui licet plus, & minus licet, sed plus est agere, quam excipere, ergo si potest primum, multo fortius secundum. Et hinc rectè maritus uxorem suam adulteram, ad se redeuntem non recipit, eò quòd, si nunquam ab eo digressa fuisset, agere posset maritus, ut ab ea separaretur. Ita Canisius in dict. Reg. juris. Ergo similiter in calu proposito, sponsa, metu coacta, non tenetur expectare tempus pubertatis sponsi, quia etiam si pubes esset, adhuc agere posset, ut eum non duceret in maritum.

Præterea; alter qui liberè consensit tenetur sponsionem coactò remittere, quàm vis ipse minimè metum intulerit; quia res metu acquisita, transit eo vitio affecta in quemcumque poss. forem, ut habetur exprisè l. Item si cum exceptione, ff. Quod metus causâ, ibi: In hac actione non queritur utrum is, qui convenitur, an alius metum fecit: sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum, vel vim: Et ex hac re, eum qui convenitur, etsi crimine careat, lucrum tamen sensisse. Ubi Gloss. verb. Lucrum, ait: Id est, ex causa lucrativa. Idem tamen, si ex causa non lucrativa.

Ergo coactus, viâ quasi compensationis utens, potest resilire à sponsalibus; sicut si nondum rem metu extortam, tradidisset, vel postea occultè accepisset, posset eam retinere. Ac proinde ex dicto cap. Ex literis, non satis probatur, sponsalia illa fuisse ipso jure invalida; sed vel ipso jure invalida, aut certè pro libitu partis læsæ irritabilia.

Porrò in dubio præsumitur valor actûs; arg. l. 80. ff. de Verb. oblig. Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit. Ergo cum dubium sit, an sponsalia coacta ipso jure sint invalida, commodissimum videtur id accipi, quo valeant; præsertim cum valor ille nullatenus cedat in præjudicium ejus, qui coactè consensit; sed tantùm in damnum ejus, qui coëgit, seu metu induxit ad consentum. Nam, ut mox dictum fuit, coactus potest pro libito suo à sponsalibus resilire, & secundùm Lessium, ut alibi vidimus, non oritur ex hujusmodi sponsalibus, validis licet, impedimentum publicæ honestatis, si coactus velit resilire, seu uti exceptione contra eum, qui coëgit.

Sed non quid potest coactus resilire, si accesserit juramentum? Respondeo affirmativè, si prius obtinuerit relaxationem juramenti ab Episcopo. Quàm vis enim tale juramentum foret validum in ratione jura-

menti, id est, servari deberet propter reverentiam Dei; equidem non confirmat contractum, id est, non facit, ut ille contractus strictius obliget, quàm sine juramento obligaret, unde ad summum est juramentum per se stans. Quàmquam & hoc neget Sanchez sup. disp. 2. 1. n. 3. cum Aliis multis, quos citat. Et probat 1. quia cap. Ex literis, superius allegatum, per quod irrita sunt sponsalia metu contracta, exprisè loquitur de sponsalibus juratis, ibi: Jurata sunt & desponsata cuidam puero.

Sed hæc probatio nullius momenti est apud eos, qui docent, per illud caput non irritari sponsalia metu contracta. Immo ex illo capite posset obligatio juramenti probari: nam Pontifex Urb. III. scribit Archiepiscopo Pisano, ut tribuat puellæ coactæ liberam facultatem alium virum accipiendi, relaxando scilicet juramentum, quo impediatur, ne liberè posset alium virum accipere.

Probat 2. Sanchez suam opinionem; quia dum contractus aliquis prohibetur ob publicam utilitatem, si juramento stabilitur, nullam parit obligationem, nec relaxatione indiget; sed sponsalia coacta, quæ sunt initium Matrimonii, prohibentur ob publicam utilitatem, sicut & ipsum Matrimonium coactum: oriuntur enim indè seditiones inter conjuges, ac in Republica, malè confulitur educationi prolis; ergo juramentum illis accedens minimè obligat.

Sed nec hæc probatio quidquam valet apud illos, qui putant decretum irritans Matrimonium, & per consequens irritans sponsalia, latum fuisse immediatè intuitu & favore personarum, ad eòque ob utilitatem privatam, quàm vis mediatè, & consequenter id redundet in publicam utilitatem. Ita cenfer Averfa relatus Conclus. præced.

Rogas, quid ego sentiam? Respondeo; sine dubio tutius est, petere relaxationem juramenti; sic quippe evitatur omne omnino periculum peccati, quod alioquin incurritur propter varietatem sententiarum in hac materia. Potest autem & debet Episcopus relaxationem concedere, nullâ aliâ allegatâ causâ, ne alioquin faveat iniquitati, per quam juramentum extortum fuit. Et aliunde huic juramento aliud remedium adhiberi non potest; quia promissio contrahendi Matrimonium, & promissio non retractandi sponsalia, non separantur, neque impleri potest juramentum, nisi per contractum Matrimonii, qui semel validus nequit amplius irritari, quod non habet locum in aliis contractibus.

Et idèd fortè hoc juramentum non indiget relaxatione, cum non possit impleri salvo jure ejus, qui implet, prout impleri potest juramentum solvendi usuras resignandi bene-

Probatio rejicitur.

514. Secunda probatio.

515. Tutius est petere relaxationem juramenti.

516. Fortè non indiget relaxatione.

beneficium, & similia; nam postquam usufructus soluta sunt, repeti possunt ab usufructuario; postquam resignavi beneficium, rursus per Superiorem possunt restitui in priorem statum; at vero postquam contraxi Matrimonium, & consummavi, per hominem non possunt restitui in priorem statum; & ideo conveniens fuit, ut à principio tale juramentum foret invalidum, id est, nullam induceret obligationem Religionis, quia nunquam potest servari, salvo jure ejus, qui injuste coactus fuit; sed semper ad petitionem ejus relaxari debet. Alioquin, sicut statim dixi, negans relaxationem, & ipse quasi cogeret ad Matrimonium; cum ille, qui sic juravit sponsalia, vel debeat contrahere, vel peccare contra suum juramentum.

517.
Illicitum est cogere ad Matr. ex Trid.

Porrò coactionem esse illicitam, satis patet ex Conc. Trident. sess. 14. de reform. Matr. c. 9. sequentis tenoris: *Ita plerumque temporalium Dominorum ac Magistratum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excæcant, ut viros & mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hereditatis habentes, minis & penis adigant, cum iis Matrimonium invito contrahere, quos ipsi Domini vel Magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit, Matrimonii libertatem violare, & ab eis injuriis nasci, à quibus jura expectantur, præcipit S. Synodus omnibus, cujuscumque gradus, dignitatis & conditionis existant, sub anathematis pena, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directè vel indirectè subditos suos vel quoscumque alios cogant, quo minus libere Matrimonia contrahant.*

Occasione hujus Constitutionis plures moventur difficultates à DD. quas sequenti Conclusionem conabimur solvere. Sit itaque

CONCLUSIO XII.

Illicitè Superiores quempiam ad Matrimonium cogunt, nisi lex naturæ id præcipiat. Domini etiam temporales aut Magistratus (sub quibus Reges non solent comprehendì) minis & penis cogentes subditos, aut quosvis alios, ad Matrimonium, excommunicationem incurrunt.

518.
Prima pars Conclus. probatur ex Trid.

Prima pars hujus Conclusionis est certa, & probatur manifestè ex præfata Constitutione Trident. ibi: *Quare cum maxime nefarium sit, Matrimonii libertatem violare.* Quis autem dubitare potest, Superiores violare libertatem Matrimonii, dum aliquem subdi-

torum cogunt ad Matrimonium, quando alioquin non teneret ex jure naturæ contrahere Matrimonium? Sin autem teneretur cum Superior fit minister Dei, juxta Ap. ad Rom. 13. v. 4. & 6. eique ex officio incumbat procurare oblationem legis naturæ; patet, quia tunc in nullo læditur libertas Matrimonii, quæ alioquin jam per naturæ ablata est. Et certum est, quòd de tali coactione non loquatur Concilium Trident. ut patet ex prioribus verbis: *Ita plerumque temporalium Dominorum ac Magistratum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excæcant.* Et infra: *Quare cum maxime nefarium sit, Matrimonii libertatem violare, & ab eis injuriis nasci, à quibus jura expectantur.* Ergo loquitur de coactione injusta, ipsa autem esse non potest coactio subditi ad servantiam legis naturalis.

Unde (inquit Suarez de Cens. lib. 2. sect. 7. n. 6.) Principes vel Magnates, qui promittunt officium aliquod vel favorem, ut aliquem ad tale Matrimonium inducant, & aliter negant se id facturos, si hoc negando, non faciunt injuriam, quia solam gratiam, non incurrunt hanc censuram, quia non cogunt, sed inducunt, quod longe diversum est: ut si Petrus legem, ut promittat Joanni mille, si Mariam duxerit, & non cogit, sed inducit. Et ita in prædicto cenfuit Congregatio Romanæ dam responso anno 1573. die 18. si hujusmodi Magnates negent officium ex justitia dare tenentur, vel minime solvere stipendia justa, aut satisfactionem, donec alius ad contrahendum vel illa foemina inducatur, nec censuram, quia reverà est factum coactio. Hæc ille.

Neque sufficit quælibet injustitia, quia ad incurrendam hanc censuram requiritur talis injustitia, quæ sit peccatum mortale; nam culpa debet esse proportionata; hæc autem censura est excommunicatio major, quæ est gravis poena, censuræ majoris, ergo etiam requiritur culpa seu mortalis.

Sed nunquid satis est quælibet poena gravis, seu injusta graviter coactio, ut requiritur talis injusta coactio, quæ sit peccatum mortale, cum leges possent cadere in contrarium? Respondent Aliqui, sufficere coactionem, quæ sit peccatum mortale, ut videtur significare illa posteriora verba Tridentini: *Ne quovis modo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus libere Matrimonia contrahant;* quoniam non cogitur meru tali, ut peccatum sit mortale, sic cogi, videtur cogi, quò minus libere contrahat.

Hæc sententia placet Dicastillonio lib. 4.

Bibliotheca
Sacra
Paderborn

4. num. 146. si enim, inquit, comparatione personarum, quae cogitur, praedicta coactio gravis sit, etiam si metus non sit talis ac tantus, qualis & quantus lege praescribitur, seu requiritur ad hoc, ut Matrimonium censetur nullum, sufficiens omnino est, ut dicatur Matrimonium non liberè contrahi, eà libertate, quam voluit Tridentinum. Unde licet non censetur contractus lege irritus, potest censeri graviter coactus; nam non quicumque metus gravis comparatione personarum, censetur cadens in constantem virum, quantum ad effectum annullandi contractum; sed tantum ille, qui graviter constantem virum movere possit; alius verò metus, quantumvis alioquin sufficiens, ad vehementer concutiendam personam debiliorem, non sufficit ad reddendum irritum contractum, neque ex natura rei, neque ex jure positivo; sufficit tamen, ut minus liberè contrahat Matrimonium; qui tali metu inducitur, atque adeò, ut incurrat poenam Tridentini. Hæc ille.

Sed secundum nostra principia, de quibus egimus Conclusionem 5. quicumque metus gravis comparatione personarum, censetur cadens in constantem virum, etiam quantum ad effectum annullandi contractum. Si ergo Tridentinum requirit metum seu coactionem gravem, sequitur, quòd requirat injuriam coactionem, quæ secundum leges potest cadere in constantem virum.

Atque huic doctrinæ favet Sanchez lib. 4. disp. 22. ubi postquam n. 4. dixisset: Non possunt parentes cogere filios ad Matrimonium, vel ad tales nuptias, sed liberè contrahere debent, vel eligere alium statum; num. 5. ait, id intelligendum esse de metu, cadenti in virum constantem; potest enim, inquit, pater increpatione paternâ cogere filium ad certum Matrimonium. Sic tenet Goffredus Sum. tit. de Despons. impub. num. 12. ubi hæc ait: Non potest pater absolute cogere, sed modicâ coactione, scilicet increpatione paternâ. Idem docent Sorus 4. dist. 29. q. 1. a. 4. vers. Quod si quis arguat. Velarminius lib. 1. de Matr. c. 19. Propos. 3. Hæc ille.

Respondet Dicastillo supra num. 145. hic Auctor non loquitur in nostro casu de incurrenda censura Tridentini; solum enim agit de peccato.

Prorsus isto numero solum agit de peccato; sed qui negat peccatum, sive qui requirit ad peccatum, metum cadentem in virum constantem; nonne etiam requirit eundem ad incurrendam censuram Tridentini? Nam, ut supra diximus, ad illam censuram requiritur peccatum mortale.

Favet etiam huic sententiæ Bonacina de Censur. disp. 2. q. 2. punct. 6. num. 2, dicens:

Sed modò dubium est; quid sit cogere. Respondeo cum Suarez & Filiucio, idem esse ac per vim & injuriam inducere. Ex quo sequitur primò, eum qui gravè malum alicui minatur, nisi Matrimonium contrahat, excommunicationem incurrere, quia dicitur cogere. Secùs si leve malum minetur: nam in foro externo non habetur ratio metus levis, ut docui de Matrimonio, per metum celebrato. Hæc ille. Ergo intelligit Tridentinum de metu gravi, id est, qui cadere possit in virum constantem.

Alia difficultas hic movetur circa personas, quas concernit prædictum Decretum Tridentini; nam in præfatione specificantur solum Domini temporales, ac Magistratus: Ita plerumque temporalium Dominorum, ac Magistratum &c. porro præceptum sub anathematis poena, loquitur generaliter de omnibus personis: Præcipit S. Synodus omnibus cujuscumque gradus, dignitatis & conditionis &c. Hinc ergo dubitant DD., an omnes cujuscumque gradus, dignitatis & conditionis, qui alios cogunt, quò minus liberè Matrimonia contrahant, ipso facto incurrant anathematis poenam; an verò solum Domini temporales ac Magistratus, id est, qui habent jurisdictionem temporalem in foro externo.

Hanc partem eligit Sanchez supra num. 9. cum Aliis, quos citat. Et probat: quia juxta præfationem, Decretum intelligi debet; l. fin. ff. de Hæred. instit. Constat etiam ex illa particula: Quare, quæ causalis est præcedentium. Unde poena præfata sive prohibitio extendi non debet ad alias personas, quas ibi non numerat, juxta l. Interpretatione, ff. de poenis. Interpretatione legum poenæ molliendæ sunt potius, quam asperandæ. Et l. Quod verò, ff. de L.L. Quod verò contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias. Item cap. Statutum, de Electione in 6. ibi: Quod (scilicet statutum) cum sit penale, restringi potius convenit, quam laxari. Et est communis sententia; inquit hic Auctor.

Unde (prosequitur num. 10.) ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, ut impediens subditos habeat jurisdictionem in foro externo: quare Episcopus si cogat incurret, ut aiunt multi Theologi & Jurisperiti consulti, quos refert & sequitur Henriquez lib. 11. de Matr. cap. 6. num. 5. in commento lit. G. addens, & bene, nec Parochum impediendum incurrere, quia caret jurisdictione in foro externo. Nec Regem aut Imperatorem, quia oporteret exprimi, ut expressit idem Trident. sess. 22. cap. 11. de Reform. ibi: Si quem Clericorum vel laicorum, quacumque is dignitate etiam Imperia-

Quid hic sit cogere. Bonacina Suarez. Filiucius.

521. An Decretum Tridentinum concernat solos Dominos temporales ac Magistratus.

Affirmat Sanchez & probat.

L. 42. ff. de Poenis. L. 14. ff. de LL. C. 22. de Elect. in 6.

Existimat impediens debere habere jurisdictionem in foro externo. Henriquez.

præviderit grave inde scandalum imminere. Sæpe enim variæ minæ jactantur, terroresq; opponuntur, & discordiarum pericula intendantur, quæ tamen, experientia teste, ubi deservit ille impetus, & Matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, facileque animi conciliantur, cedaturque omnis tempestas.

Neque idem censetur impediri libertas Matrimonii, quia hæc debet esse citra scandalum aliorum; neque etiam censetur impediri, nisi quando impeditur ab eo, ad quod quis habet jus, id autem non habet filius ad nuptias patri injurias, & cum periculo gravis scandali.

Et dato etiam, quod præcesserint sponsalia, nihil obstat, quo minus possit Matrimonium impediri; tamen si enim sponsalia valida fuerint, & filius teneatur stare contractui, hoc tamen intelligitur, quando executio non est mala, sive quando inde non imminet grave malum aut scandalum, quia promissio debet esse de re aliqua bona & licita, alioquin esset obligatio ad peccatum, quod implicat; quia sic esset, & non esset obligatio.

Ut ergo Tridentinum locutum fuisset etiam de prohibentibus contrahere, de quo hic disputamus; equidem intelligendum hoc est de iis, qui injustè hoc faciunt, ut supra diximus de iis, qui cogunt contrahere Matrimonium, & ibi satis probavimus ex ipsis verbis Decreti.

Concilium, inquit Pontius l. 4. c. 19. n. 17. expressè loquitur de Matrimonio cum certa & determinata fœmina, vel quando non relinquitur liber ad inendum Matrimonium. Est autem moraliter impossibile, si cui justè impediatur Matrimonium cum certa quadam fœmina, aditum etiam intercludi ad ducendam uxorem aliam sibi convenientem. ... Et quidem id verum esse, convincit antiquus Ecclesiæ usus; multis enim ob aliquod delictum aditus ad conjugia præcludebatur; itaque conjux à nullo duci poterat, nihilque ab Ecclesia actum contra libertatem Matrimonii. Hæc ille.

Idem etiam (prosequitur n. 10.) multò potiori ratione dicendum est de Magistris militarium Ordinum respectu suorum militum. Ordinis enim S. Jacobi milites (eorum statuta legi tantum ac Bullas Pontificias) à sua prima confirmatione per Alex. III. nubere non possunt sine licentia Magistri. Id quod jure optimo statutum est, ut videat consideretque Magister, an eligat uxorem, quæ & ipsis & Ordinis splendori ac dignitati conveniat. Prævidit autem sine dubio Pontifex, sæpè Magistrum nonnulla prohibitorum conjugia, quæ scilicet milites minus decerent, illique vel amore vel libidine cœci appetere; immò ea fuit tota ratio ejus constitutionis. Neque existimavit in eo lædi libertatem Ma-

rimonii, si quis juxta id, quod æquum est, & non juxta id, quod lubet, compellatur abstinere ab uxore ducenda.

Et forsitan multis indecoris conjugii præcluderetur occasio, si Pontifex irrita redderet conjugia Equitum militarium, absque consensu expresso Magistri contracta. Adeoque verum est, prævidisse Pontificem multa ejusmodi connubia impedienda, idque æquissimum judicasse, ut acriter invehatur Innoc. 3. contra Equites militares, extorquentes à Magistro licentiam ad conjugia, inquit enim: *Cum igitur in Ordine Militiæ S. Jacobi jam contractum ante factam Professionem Matrimonium toleretur, & post etiam ex Magistri licentia contrahi permittatur, quidam de Fratribus ipsis, sicut te significante didicimus, ex his occasione sumentes, à te de ducendis uxoribus nituntur indulgentiam extorquere, quæ si passim daretur, in detrimentum domus non modicum redundaret. Nos ergo indemnitati domus tibi commissæ, paternâ sollicitudine præcavere volentes, auctoritate præsentium inhibentes, ne aliquis Fratrum ejusdem Ordinis à te, vel successoribus tuis, contra Regulam vestram licentiam extorqueat contrahendi, ita ut eadem Regulam firmiter observetur &c. Hucusque Pontius.*

Itaque qui ex justa aliqua causa impediunt Matrimonium cum determinata persona, relinquentes liberum Matrimonium cum alia persona, nullatenus comprehenduntur hoc Decreto. Sed quid si injustè faciunt? Multi Auctores (inquit Dicastillo sup. n. 143.) putant non improbabiler, etiam sub pœna Tridentini comprehendi impediendes & prohibentes, ut docet Sanchez l. 4. disp. 22. & Alii multi apud ipsum.

Potest probari ex ipso Trident. in fine ejusdem capituli ibi: *Vel quoscumque alios cogant, quò minus liberè Matrimonia contrahant.* Nam qui impedit seu prohibet aliquem, ne Matrimonium, quod hic & nunc vult contrahere, contrahat, cogit ad non contrahendum liberè; quia qui non contrahit, non liberè contrahit. Accedit; quòd eo ipso cogitur, si velit contrahere, cum alia contrahere & non cum illa; ergo cogitur quis in eo casu, quò minus liberè contrahat Matrimonia, ut ait Tridentinum. Hæc ille.

Sed quantum ad Sanchez, non videtur ibi expressè tractare hanc controversiam; solum enim quærit n. 8. utrum in Trident. sess. 24. c. 9. de Matr. sit excommunicatio lata contra injustè impediendes Matrimonia, id est, an per illa verba: *Sub anathematis pœna*, quam ipso facto incurrunt, significetur excommunicatio, an verò tantum maledictio solemnis, ut vult Veracruz Append. ad Speculum t. p. a. 9. concl. 6. fol. 96. & in eod. spec. t. p. a. 8. fine in 2. edit. Et resolvit cum

529. Qui ex justâ causa impediunt Matr. cum certa persona, non comprehenduntur hoc Decreto, secus, secundum Multos, qui injustè. Dicastil.

530. An Sanchez inter illos?

communi sententia, ut statim videbimus, per illa verba significari excommunicationem.

Quinam autem injuste impediunt, ad illam poenam incurrendam, an illi tantum, qui cogunt ad contrahendum Matrimonium cum certa persona, & ita impediunt, quod minus liberè cum aliis possint contrahere; an etiam illi, qui solum impediunt, ne cum certa persona Matrimonium contrahatur, relinquunt autem liberum, ut cum aliis contrahatur, ibi Sanchez non disputat. Interim communiter Sanch. citatur pro illa sententia.

531. Oppositum docet Bonacina.

Contrariam docet Bonac. sup. n. 3. dicens: Ego vero probabilius censeo, in præfato Decreto non esse latam excommunicationem contra retrahentes; sed contra inducentes ad contrahendum. Ratio est; quia Concilium loquitur de cogentibus, & adigentibus Matrimonium contrahere. Ita Perez fol. 201. & Henriquez l. 1. c. 6. n. 5. Hæc ille.

Obiectio solvitur.

Cui si objicias; hunc textum editum esse in favorem libertatis Matrimonii, quæ videtur violari non solum inducendo, sed etiam retrahendo. Respondet: hunc textum editum esse in favorem libertatis Matrimonii, sed ipsius dispositionem non excedere tenorem & propriam verborum significatione.

Rogas; quis sit ille tenor verborum? Respondet: *Mimis & penis adigam cum iis Matrimonium invitatos contrahere, quos ipsi Domini & Magistratus illis præscripserint.* Porro aliud est, adigere invitum ad contrahendum Matrimonium cum persona præscripta; aliud autem impedire volentem, ne cum certa persona contrahat.

532. Probatio ex Dicast. Hurtadus.

Bonacinam sequitur Dicastillo sup. citans præterea pro ea Hurtadum disp. 6. diff. 7. n. 26. Probat ipse: quia verba, continentia poenam, strictè sunt interpretanda, & Concilium propriè loquitur de cogentibus contrahere non liberè, qui autem impedit cum aliqua contrahere, non cogit contrahere non liberè aut minus liberè; aliud enim est propriè loquendo impedire, ne contrahat, & cogere ut contrahat cum alia. Nam qui impeditus est ad contrahendum cum hac, non eo ipso cogitur ad contrahendum cum alia, sed liber manet ne contrahat, si nolit contrahere. Hæc ille.

Itaque sententia Bonacinæ videtur nobis verior, & in praxi tuta, quidquid sentiat, vel non sentiat Sanchez, qui nullam pro opposita adfert probationem; quia, sicut antea dixi, expressè non tractat hanc controversiam, sed aliam, superius ex ipso propositam, quæ hic restat resolvenda.

533. Quia intel- ligatur hic per poenam

Eam autem resolvo cum Sanchez supra & dico: per anathematis poenam in illo Decreto intelligi debere excommunicationem. Et probatur primò; quia anathema frequen-

tissime pro majori excommunicatione dicitur; ut docet Covar. c. *Alma mater*. §. 8. n. 6. dicens: Præter excommunicationem majorem, & minorem, fit frequentissime in Canonibus mentio anathematis, eundem ferè sensum, quo major excommunicatio adsumitur. Oportet ergo hoc verbo explicare, quid sit anathema.

Et receptum est, anathema quoddam solum non differre à majori excommunicatione, quàmvis maximè differat quoad solennitatem. Text. celebris in c. *Deben*, ubi ponitur à Gratiano anathematis solennitas his equidem verbis: *Deben dicantur Sacerdotes Episcopum circumferre & in ardentibus in manibus tenere, quos in anathematis vel excommunicationis proinde debent in terram, & conciliare publicè: unde epistola per parochias mittatur excommunicatorum nomina, & eorum excommunicationis.* Hæc Gratianus.

Quà ratione Glossa communiter tenet in c. *Cum ab Eccles. Prælati*, de Officiis parochiani, asserit jus & potestatem anathematis solum Episcopis competere. Et anathema, solemnis, ut arbitror, intelligitur quæ fit per execrationes publicas ab excommunicatum. Quia si, ut communè proprie excommunicationem non recipere mittat: tamen ex c. *Excommunicatus*, confiter, anathema ab excommunicato majori non differre, licet differat, & idèo frequentissime anathema per excommunicationem accipitur. Hæc ille.

Subscribo verba illius cap. *Episcopus uxorem Bosonis noveris non in anathemate, quæ à fraterna secessione est, etiam anathemate, quod ab ipso dicitur (quod est Ecclesia) recidit, etiam non esse.* Ubi Gloss. verb. *Anathema* est anathema est major excommunicatio, & in c. *Episcoporum*.

Probatur 2. quia per hæc verba *Anathema sit*, induci excommunicationem non dicitur, sicut in DD. non peccatis, enumerat Sanchez. Et quàmvis aliter dicant, id evenit propter verbum *Anathema* est, id est, anathema est, quod est dubium, an sit futuri, vel præteriti temporis, & ita, an importet excommunicationem latam, vel ferendam. Quod dicitur nequit in eo Decreto, cum dicitur *Anathematis poenam, quam ipso facto incurrit.*

Confirmatur; quia si anathema intelligitur ibi maledictionem solemnem, intelligitur, quod qualiter ipso facto incurritur, quod maledictio illa solemnis in Ecclesia dicitur, ut patet ex dicto cap. *Deben*. Unde si mittam, quod supra dicebat Covar. anathematis solemnem illam maledictionem excommunicationem majorem præmittere. Et nunquam auditum est, Ecclesiam aliquando

propter Matrimonium coactum solemniter maledixisse.

Rogat hic aliquis, & erit quæstio finalis hujus Sectionis, cur Trident. potius excommunicet Dominos temporales & Magistratus quam personas privatas, quæ etiam indubie peccant, cogendo aliquem injuste ad Matrimonium?

Respondeo breviter; fortè quia rarius à persona privata fit talis coactio, & quia coactio personæ privatæ, non habet tantam vim, quantam coactio Dominorum temporalium & Magistratum: siquidem in coa-

ctione privata, sive à persona privata, habetur recursus ad Magistratus aliosque Superiores, qui cogentes possunt & debent punire & impedire. Si autem Magistratus ipse cogat, non habetur ad aliquem recursus, nisi fortassis ad supremum Principem, qui non solet se illis rebus inferioribus facile immiscere.

Et hæcenus quidem de consensu Matrimoniali absoluto, sive de Matrimonio absolute contracto, absque aliqua propriè dicta conditione. Sequitur agendum de Matrimonio conditionato, pro quo instituitur

SECTIO VIII.

DE MATRIMONIO CONDITIONATO.

Suppono cum Sanchio de Matr. lib. 5. disp. 1. n. 2. Matrimonio posse aliquid adjici quintupliciter. Primò; tanquam tempus & diem, qua Matrimonium contrahi debet; ut: *Contraho tecum Matrimonium pro die crastina.* Secundò; ut modum, qui est quasi adjectio oneris, ad quod volumus obligare contrahentem, & communiter explicatur per conjunctionem: Ut; v. g. *Duco te, ut divitias aut honorem consequar.* Tertiò; per modum causæ, quod evenit, quando denotatur causa, ob quam contrahatur, & communiter explicatur per dictionem: *Quia*; ut: *Contraho tecum, quia dives es.* Quartò; per modum demonstrationis, quod contingit, quoties significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relativum, aut dictionem importantem aliquam qualitatem: ut: *Duco te, quæ libera es aut virgo.*

Quinò; per modum conditionis; cum scilicet aliquid adjicitur suspendens contractum, sub cujus existentia, & non aliàs volumus contractum celebrari. Nam de natura conditionis est, suspendere & facere, ut actus possit se habere ad esse & non esse; arg. l. 120. ff. de Verb. oblig. *Si ita stipularis fuero: Hanc summam 100. aureorum dari spondes? Et si maxime ita exaudiat illo sermo: Si modo 100. aureorum est, non facit conditionem hæc adjectio: quoniam si 100. non sint, stipulatio nulla est, nec placuit instar habere conditionis sermonem, qui non ad futurum, sed ad præsens tempus refertur, et si contrahentes veritatem rei ignorant.*

Atque hæc est conditio præse sumpta, quæ communiter definitur: Dispositionis suspensio ex incerto eventu futuro apposito: v. g. *Do tibi centum, si naves ex India venerint*; talis quippe conditio suspendit dispositionem, ita ut vim non habeat, nisi ex futuro eventu.

Unde ex illa tantum oritur obligatio in spe, dum conditio non ponitur; arg. Inst. de Verb. oblig. § 5. sequentis tenoris: *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differret obligatio, ut, si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes? Si quis ita stipuletur: Si in Capitolium non ascendero, dare spondes? Perinde erit, ac si stipulatus esset, cum moreretur sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitorum iri: eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam conditio existet, mors nobis contigerit.*

Et ideo ante eventum conditionis (inquit Pontius de Matr. lib. 3. c. 1. n. 3.) legatum non debetur, & ob id valde differt à dispositione in diem; debetur enim ab initio, licet ante diem peti non possit.

Rogat aliquis: quæ sit conditio latè sumpta? Respondent DD. communiter: est adjectio dispositioni dependentiæ, ut sit, obligareve incipiat ex aliquo præsentis, præterito, vel futuro, v. g. *Dono tibi centum, si amicus meus vivit, aut, si naves ex India anno præterito venerunt.*

Ex quo patet, conditionem latè sumptam, rectè dividi in conditionem de præsentis, de præterito, & de futuro. Dividitur etiam in possibilem & impossibilem: & possibilis de futuro in necessariam & contingentem: rursus contingens in potestativam, quæ pendet in sui adimplentione à sola voluntate ejus, cui imponitur, & casualem, quæ sic non pendet, ac mixtam, quæ partim pendet à voluntate ejus, cui imponitur, partim non. De quibus, & aliis divisionibus, in sequentibus latius. Igitur quod ad nostrum institutum attinet, Dico primo: